A

DE PRATINA

DR. JOSEF BECKER

Herrn Prof. Dr. K. Spannagel als kleine Dankesgabe für die Promotion dargeboten vom Verf.

DE PRATINA.

Neheim i/W. im Juni

DISSERTATIO PHILOLOGICA
QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA
HONORES AB AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM ORDINE
MONASTERIENSI
RITE CONSEQUENDOS

SCRIPSIT

JOSEPHUS BECKER
GUESTFALUS

MONASTERII GUESTFALORUM 1912.
EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPH. GUESTFALORUM.

De hac dissertatione probanda
ad philosophorum ordinem rettulit
Carolus Münscher.

Consensu et auctoritate ordinis philosophorum
commentationem typis expressam esse
testatur

Carolus Spannagel
ordinis philosophorum h. a. decanus.

3

PARENTIBUS SACRUM.

„Χ' ἡ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθύ τι καὶ
καμπύλον, ἀεί τε καινὸν ἐξευρίσκει τι
τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις."

Eupolis, Athen. XIV, p. 623 E.

Poetarum Graecorum, qui quinto a. Chr. n. saeculo ineunte floruerunt, Pratinas, quamquam pauci tantum versus et pauca testimonia nobis tradita sunt, quibus de eius vita atque ingenii indole certiores fimus, imprimis memoratu dignus est. Nam et sententiae et res metrica et sermo fragmentorum nobis servatorum admodum singulares sunt, ut mihi quidem mirum esse videatur, quod adhuc nemo conatus est plene ac perfecte de hoc poeta scribere.

At quotquot exstant v. d. de hoc poeta commentationes, parum accuratae et, ut ita dicam, adumbratae mihi quidem videntur, ut operae fore pretium putem, accuratius quam adhuc factum est, de Pratina Phliasio disserere.

Ac primum quidem fragmenta et testimonia ad hunc poetam spectantia colligam; adiungam nonnulla de carminibus lyricis, satyricis, tragicis. Denique de copia verborum Pratinae dicam (nonnullis aliis poetis adiunctis).

Pratinae quae exstant fragmenta omnia aut nonnulla collegerunt et ediderunt: [1])

I. A. Hartung, Die griechischen Lyriker. 1858, p. 258 sqq.
Th. Bergk, Poetae lyrici Graeci. Lips. [4] 1882, p. 557 sqq.
Ioh. Pomtow, Poetae lyrici Graeci minores. Lips. 1885 vol. II, p. 76 sqq.
A. Nauck, Tragicorum Graecorum fragmenta. Lips. [2] 1889. p. 726.

---

[1]) De antiquioribus lyricorum editionibus, ubi Pratinae fragmenta scripta fuisse videntur, cf. Joann. Albert. Fabricii Bibliotheca Graeca Harlesii Lips. 1790 sqq. vol. II, p. 87 ann. l. l. „H. Stephanus, Graece et Latine ed. carminum poetarum novem lyricae poeseos principum fragmenta Alcaei, Sapphus, Stesichori, Ibyci, Anacreontis. Bacchylidis, Simonidis, Alcmanis, Pindari, nonnulla etiam aliorum. . . . Pratini (hoc nomine editorem Pratinam significare puto) Timocreontis. . . .“ Afferuntur ed. 1. Plantiniana, ed. I. Antwerp. 1567. 2. editio quarta, ap. Paulum Stephanum, anno 1600.

L. Aless. Michelangeli, Frammenti d. Mel. Greca, riveduti, tradotti e annotati. 1897. VI, p. 1—12.
H. W. Smyth, Greek melic poets. London. 1900. p. 70 sqq; p. 341 sqq.
Angelo Taccone, Antologia della melica greca. Turin 1904, p. 224—228.
Ed. Hiller-O. Crusius, Anthologia lyrica. Lips. [4]1911, p. 272—274.[1])

I. De Pratinae fragmentis, testimoniis, aliis qui Pratinam spectant locis.

A. Pratinae fragmenta.

Felici casu factum est, ut nonnulla Pratinae fragmenta sint servata.

Athenaeus,[2]) ille Naucratites, qui in libro *Δειπνοσοφισταί* inscripto memoriam innumerabilium poetarum nobis servavit, etiam Pratinae carminum nonnullos versus adscripsit. Haec tam parva nobis restant carminum huius clarissimi poetae fragmenta, quorum permulta in libris veterum et de arte musica et de poetis lyricis conscriptis fuisse putare licet. Atque singulos locos perlustremus.

a) lib. IX, pag. 392 F.

Πρατίνας δ᾿ ἐν Δυσμαίναις ἢ Καρυάτισιν ἁδύφωνον ἰδίως καλεῖ τὸν ὄρτυγα, πλὴν εἰ μή τι παρὰ τοῖς Φλιασίοις ἢ τοῖς Λάκωσι φωνήεντες ὡς καὶ οἱ πέρδικες.

Ut multis aliis (cf. eiusdem libri cap. 39—46) ita hoc loco Athenaeus ex lexico quodam hausit. Nam sine certo ordine complures scriptores enumeravit, quorum in libris vox *ὄρτυξ* legebatur. Quod ut aptius perspiciamus, liceat plura exscribere:

---

[1]) Reliquas lyricorum editiones neglexi, quod nullius sunt momenti ad hanc commentationem.

[2]) Athenaei fragmenta et testimonia afferens Kaibelii editionem sequor: Lips. 1887 sqq.

p. 392 A sqq.

Ἀριστοτέλης δέ φησιν, ὁ ὄρτυξ ἐστίν . . . ,

Ἀλέξανδρος δ᾽ ὁ Μύνδιος ἐν δευτέρῳ περὶ ζῴων . . . ,

Φανόδημος ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος φησίν . . . .

Εὔδοξος δ᾽ ὁ *Κνίδιος* ἐν πρώτῳ γῆς περιόδου τοὺς Φοίνικας λέγει . . . .

Εὔπολις ἐν Πόλεσιν αὐτοὺς κέκληκεν . . . .

Ἀντιφάνης δ᾽ ἐν Ἀγροίκῳ ὀρτύγιον εἴρηκεν οὕτως . . . .

Πρατίνας . . . .

Post hunc Pratinae locum Athenaeus pergit:

καὶ ἡ σιαλὶς δὲ ἀπὸ τούτου ἂν εἴη, φησὶν ὁ *Δίδυμος*, ὠνομασμένη.

Sequuntur loci Cratini, Alexandri Myndii, Clearchi, Demetrii Ixionii, Aristophanis. Suo more etiam hoc loco Athenaeus fontem non nominavit. Itaque vix dici potest, quo ex libro auctor hanc locorum de ὄρτυξ voce collectionem excerpserit.[1])

b) Pratinae fragmentum loco insertum est, ubi scriptores afferuntur, qui de vocibus quae significant ἐκπώματα vel ποτήρια scripserunt.

lib. XI, p. 461 D-E de Nestore dicitur: . . . τί οὖν ἔχομεν λέγειν περὶ τοῦ Νέστορος ποτηρίου, ὃ μόλις ἂν νέος βαστάσαι ἴσχυεν, „Νέστωρ δ᾽ ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρε“ περὶ οὗ καὶ αὐτοῦ διδάξει τι ἡμᾶς ὁ Πλούταρχος. ὥρα οὖν κατακλίνεσθαι.

καὶ κατακλιθέντων „ἀλλὰ μήν“ ὁ Πλούταρχος ἔφη, „*κατὰ τὸν Φλιάσιον ποιητὴν Πρατίναν*:

„οὐ γᾶν αὐλακισμέναν ἀρῶν, ἀλλ᾽ ἄσκαφον ματεύων,“ κυλικηγορήσων ἔρχομαι . . . .“

Unde Athenaeus hunc locum sumsperit, indagare certo non possumus. Sed Plutarchum hoc Pratinae dicto ut sententia utentem facit Athenaeus. Fortasse credideris hoc enuntiatum a Pratina fictum sententiae locum iam dudum apud viros doctos obtinuisse. At mea quidem sententia Athenaeus, ut Plutarchum induceret doctrina elucentem, etiam hunc locum ex lexico aliquo grammatico sumpsisse videtur.

---

[1]) Cf. Rudolph, Die Quellen und Schriftstellerei des Athenaeus. Philologus Suppl. VI (1891) p. 109—162, imprimis p. 156.

c) lib. XIV, p. 617 B-F.

Πρατίνας δὲ ὁ Φλιάσιος αὐλητῶν καὶ χορευτῶν μισθοφόρων κατεχόντων τὰς ὀρχήστρας ἀγανακτεῖν τινας ⟨ἔφη⟩ ἐπὶ[1]) *τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ ἦν πάτριον, ἀλλὰ τοὺς χοροὺς συνᾴδειν τοῖς αὐληταῖς. ὃν οὖν εἶχεν κατὰ τῶν ταῦτα ποιούντων θυμὸν, ὁ Πρατίνας ἐμφανίζει διὰ τοῦδε τοῦ Ὑπορχήματος:*

(Vide hoc carmen p. 22 sq.)

P 618 A Athen. habet:

τὴν δὲ συναυλίαν τί ποτ᾽ ἐστὶν ἐμφανίζει Σῆμος ὁ Δήλιος ἐν ε´ (V) *Δηλιάδος γράφων οὕτως . . . .*

Hoc enuntiatum docet inde ab hoc loco Athen. alium scriptorem excerpsisse atque in capite praecedente. Locos a p. 616 E *πολλῶν οὖν πολλάκις* usque ad illam ex Semo depromptam partem allatos Athenaeus uni eidemque scriptori debere videtur. Nam optime inter se cohaerent (cf. p. 24 sqq.).

d) lib. XIV, p. 624 (C—E) F.

p. 624 C. *Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τρίτῳ περὶ μουσικῆς οὐδ᾽ ἁρμονίαν φησὶ δεῖν καλεῖσθαι τὴν Φρύγιον, καθάπερ οὐδὲ τὴν Λύδιον. ἁρμονίας γὰρ εἶναι τρεῖς . . . .* De his tribus generibus id, quod Heraclides dixit, affert Athenaeus. P. 624 E iterum Heraclides nominatur: *αὕτη γάρ ἐστιν, φησὶν ὁ Ἡρακλείδης, ἣν ἐκάλουν Αἰολίδα, ὡς καὶ Λᾶσος ὁ Ἑρμιονεὺς ἐν τῷ εἰς τὴν ⟨ἐν⟩ Ἑρμιόνι Δήμητρα Ὕμνῳ λέγων οὕτως . . . .*

Deinde Pratinae fragmentum affertur: .... *εἰκότως Αἰολίδα φησὶν εἶναι τὴν ἁρμονίαν ὁ Λᾶσος. καὶ Πρατίνας δέ ποί φησι*

---

[1]) Lectionem traditam esse corruptam U. de Wilamowitz cognovit; itaque *ἀγανακτεῖν τινας* mutavit in *ἀγανκτήσας*; Girard, Mélanges H. Weil. Paris 1898, p. 134 hac coniectura refutata scripsit *ἀγανακτεῖ ἐπί*, quam lectionem non recipio. Mea quidem sententia lectione quae tradita est servata addendum *ἔφη* ante *ἐπὶ τῷ . . . .* Quibus ex Athenaei verbis cognosci potest, ni fallor, etiam aliis carminum locis Pratinam de hac disceptatione auletica verba fecisse. Gaudeo quod etiam in Lyric. edit. Taccone l. l. p. 226 hanc opinionem inveni. Sic Taccone vertit: „E Pratina di Fliunte dice che, menstre flaustri e coristi mercenari occupavano l'orchestra, adiravansi . . . ." Similiter vertit Smyth, Greek melic poets. l. l. p. 341: „When some hired fluteplayers and choreutae were occupying the orchestra, Pratinas says that some people . . . ."

„Μήτε σύντονον δίωκε μήτε τὰν ἀνειμέναν Ἰαστὶ μοῦσαν.
Ἀλλὰ τὰν μέσαν νεῶν ἄρουραν αἰόλιζε τῷ μέλει“
Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς σαφέστερόν φησιν:
„Πρέπει τοι πᾶσιν ἀοιδὰ λαβράκταις Αἰολὶς ἁρμονία.“

Ex iis quae attuli apparet haec Pratinae fragmenta scripta fuisse in libro tertio de musica Heraclidae Pontici. Tamen verisimile non est Athenaeum ex scriptis Heraclidae ipsis hausisse. Ut aliis locis ita hic auctorem quendam usurpasse videtur, cuius in libris multa ex Heraclide sumpta legebantur.[1])

Voces ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς Athenaeum non omnes carminis versus exscripsisse docent. Accedit, quod in versu sequente alium metrum est usurpatum. (cf. infra de re metrica.)

e) Denique Athenaeus Pratinae versum affert, ut demonstret Lacedaemonios artem musicam maxime exercuisse.
lib. XIV, pag. 632 F—633A.

διετήρησαν δὲ μάλιστα τῶν Ἑλλήνων Λακεδαιμόνιοι τὴν μουσικήν, πλείστῃ αὐτῇ χρώμενοι, καὶ συχνοὶ παρ᾽ αὐτοῖς ἐγένοντο μελῶν ποιηταί. τηροῦσιν δὲ καὶ νῦν τὰς ἀρχαίας ᾠδὰς ἐπιμελῶς πολυμαθεῖς τε εἰς ταύτας εἰσὶ καὶ ἀκριβεῖς. ὅθεν καὶ Πρατίνας φησὶ

Λάκων ὁ τέττιξ εὔτυκος ἐς χορόν.

P. 632 A scriptum est:

διόπερ Ἀριστόξενος ἐν τοῖς Συμμίκτοις Συμποτικοῖς....

Inde ab hoc loco de musica Athenaeus disputat. P. 632 B ταῦτα μὲν ὁ Ἀριστόξενος. κἀμοὶ δὲ διὰ τοῦτο φαίνεται φιλοσοφητέον εἶναι περὶ μουσικῆς. καὶ γὰρ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος....

Primo obtutu auctor inde ab hoc loco alium scriptorem excerpsisse videtur. Ea autem quae sequuntur, optime cum prioribus cohaerent, ut apertum esse mihi quidem videatur, etiam quae sequuntur, esse hausta e libro Aristoxeni.[2]) Tamen

---

[1]) Ut intellegas, quam sit difficile certa proponere de Athenaei fontibus, cf. cum librum Rudolphi p. 7 allatum tum Bapp, De fontibus, quibus Athenaeus in rebus musicis lyricisque enarrandis usus sit. Leipz. Studien 8. (1885) p. 85—160.

[2]) Idem coniecit Bapp l. l. p. 106: „Id mihi etiam . . . . certum est; unum opus περὶ μουσικῆς vel similiter inscriptum toti huic disputationi subesse, quae inest in capitibus 18—26; 31—33.“

Athenaeum non ex ipsius Aristoxeni libro hausisse credo.[1] Qualis autem Athenaei proximus fons fuerit, difficillimum est dictu.

B. Testimonia.

Praeter haec fragmenta nonnullis scriptorum veterum locis etiam testimonia ad Pratinam pertinentia exstant. Quae quamquam pauca sunt, tamen ad vitam et artem poeticam poetae cognoscendam fructum afferunt.

a) In argumento Aesch. Sept. legimus:

ἐδιδάχθη ἐπὶ Θεαγένους ὀλυμπιάδι οη′. ἐνίκα Λαΐῳ, Οἰδίποδι, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Σφιγγὶ σατυρικῇ.
δεύτερος Ἀριστίας Περσεῖ, Ταντάλῳ, Παλαισταῖς σατυρικοῖς τοῖς Πρατίνου πατρός. τρίτος Πολυφράδμων Λυκουργείᾳ τετραλογίᾳ.

In hoc uno Aeschyli fabularum argumento tres victores sunt nominati. Cum Supplices hypothesi careant, in Promethei vincti argumento de victoribus nihil dicitur. In Persarum prooemio scriptum tantum est:

Ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ, Προμηθεῖ.

Agamemnoni praescriptum est:

Πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ.

Haec pauca de poetis, qui cum Aeschylo certabant, nobis ex argumentis sunt nota. Equidem, si saecula plura huius generis de fabularum poetis illorum temporum servassent, futurum fuisse puto, ut Pratinam, quippe qui fabulas quinquaginta, quarum satyricas triginta duas, tragicas duodeviginti conscripserit,[2] saepius in victorum numero scriptum videremus.

Quod Aristias, Pratinae filius, patris fabulam egit, inde concludere licet illo anno, quo acta est, i. e. 467 a. Chr. n., Pratinam poetam iam mortuum esse.[3]

---

[1]) cf. Bapp, l. l. p. 105 sqq., p. 155 sqq.

[2]) vide huius comm. p. 14. s. v. Suidae.

[3]) cf. Christ-Schmid, [5]1908, p. 268. Fabulas a filiis poetarum actas esse compluribus locis nobis est traditum. 1. Aeschyli filius Euphorion *καὶ τοῖς Αἰσχύλου τοῦ πατρός, οἷς μήπω ἦν ἐπιδειξάμενος, τετράκις ἐνίκησεν*, Suidas s. v. *Εὐφορίων*. 2. Sophoclis nepos Sophocles . . *ἐδίδαξεν υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος, ὅς ἐστι τέταρτος ἀπὸ Καλλίου, ἐφ᾽ οὗ φασιν*

b) Athen. I, p. 22 A disputat de saltatione chorica.

Φίλλις ὁ Δήλιος[1]) *μουσικὸς τοὺς ἀρχαίους φησὶ κιθαρῳδοὺς κινήσεις ἀπὸ μὲν τοῦ προσώπου μικρὰς φέρειν, ἀπὸ ποδῶν δὲ πλείους, ἐμβατηρίους καὶ χορευτικάς. Ἀριστοκλῆς*[2]) *οὖν φησιν ὅτι Τελέστης ὁ Αἰσχύλου ὀρχηστὴς οὕτως ἦν τεχνίτης ὥστε ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι τοὺς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι' ὀρχήσεως. Φασὶ δὲ καὶ ὅτι οἱ ἀρχαῖοι ποιηταί, Θέσπις, Πρατίνας [Κρατῖνος]*[3]), *Φρύνιχος, ὀρχησταὶ ἐκαλοῦντο διὰ τὸ μὴ μόνον τὰ ἑαυτῶν δράματα ἀναφέρειν εἰς ὄρχησιν τοῦ χοροῦ, ἀλλὰ καὶ ἔξω τῶν ἰδίων ποιημάτων διδάσκειν τοὺς βουλομένους ὀρχεῖσθαι.*

Fortasse verbis illis *φασὶν δὲ καὶ* iterum Phillis et Aristocles significantur; hunc auctorem libros *περὶ χορῶν* vel *περὶ μουσικῆς* (Athen. XIV, p. 620 E) composuisse scimus atque hoc opere Athenaeum saepe usum esse notum est (cf. Wentzel l. l.). Wentzel Aristoclem ex Aristoxenis scriptis hausisse putat.

Item Phillis de musica scripta composuit. Ut hoc demonstrem, nonnullos locos componam, e quibus praeterea elucet Athenaeum huius quoque auctoris libros hic illic exscripsisse:

Athen. I, p. 21 F. *Φίλλις ὁ Δήλιος μουσικός*
Athen. XIV, p. 634 D. *Φίλλις ὁ Δήλιος· ξυνέγραψεν γὰρ καὶ οὗτος περὶ αὐλητῶν . . . . . .*

οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι. Oed. Col. Arg. II. 3. Aristophanem . . . *τελευταίαν δὲ διδάξαι τὴν κωμῳδίαν ταύτην ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ συστῆσαι Ἀράροτα δι' αὐτῆς τοῖς θεαταῖς βουλόμενος, τὰ ὑπόλοιπα δύο δι' ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα.* Aristoph. Plut. Arg. III. Ex locis sub 1 et 2 allatis fabulas actas esse apparet a filio vel nepote patre vel avo mortuo, at loco 3 cum pater nondum esset mortuus, causa additur, qua factum est, ut filius patris fabulam in scaenam induxerit patre vivo. Qua ex re plerumque patres mortuos fuisse concludo, cum filii patrum fabulas egerunt, id quod etiam de Pratina putare licet.

[1]) Incertae aetatis, de quo cf. Müller, Fragm. hist. Gr. 1868, vol. IV, p. 476.

[2]) Floruit saeculo II. a. Chr. n. exeunte. cf. Wentzel in P.-W. R. E. vol. II, 1, 1885, p. 936.

[3]) De varia lectione *Πρατίνας* [*Κρατῖνος*] cf. h. comm. p. 18.

Athen. XV, p. 636 B. *καὶ Φίλλις δ' ὁ Δήλιος ἐν δευτέρῳ περὶ μουσικῆς* . . . .

Suidas s. v. *σκολιόν: καὶ Φίλλις ὁ μουσικός.*

c) Venimus ad testimonia quae nobis sunt tradita in libello, qui inscribitur *περὶ μουσικῆς*, sub Plutarchi nomine tradito.[1])

Cap. VII auctor de poetis auleticis scribit haec:

Ἐπεὶ δὲ τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ κιθαρῳδικοὺς ὁμοῦ τοὺς ἀρχαίους ἐμπεφανίκαμεν, μεταβησόμεθα ἐπὶ μόνους τοὺς αὐλητικούς. Λέγεται γὰρ τὸν προειρημένον Ὄλυμπον αὐλητὴν ὄντα τῶν ἐκ Φρυγίας ποιῆσαι νόμον αὐλητικὸν εἰς Ἀπόλλωνα τὸν καλούμενον Πολυκέφαλον. εἶναι δὲ τὸν Ὄλυμπον τοῦτόν φασιν ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ὀλύμπου τοῦ Μαρσύου πεποιηκότος εἰς τοὺς θεοὺς τοὺς νόμους. οὗτος γὰρ παιδικὰ γενόμενος Μαρσύου καὶ τὴν αὔλησιν μαθὼν παρ' αὐτοῦ τοὺς νόμους τοὺς ἁρμονικοὺς ἐξήνεγκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, οἷς νῦν χρῶνται οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν. ἄλλοι δὲ Κράτητος εἶναί φασι τὸν Πολυκέφαλον νόμον γενομένου μαθητοῦ Ὀλύμπου. ὁ δὲ Πρατίνας Ὀλύμπου φησὶν εἶναι τοῦ νεωτέρου τὸν νόμον τοῦτον.

Non est magni momenti his in testimoniis explicandis exquirere, utrum libellus *περὶ μουσικῆς* sit compositus a Plutarcho necne. Illud inter viros doctos constare videtur librum primo p. Chr. n. saeculo conscriptum esse. Nec non apertum est libri auctorem censura non adhibita ex fontibus, qui ei suppeditabant, hausisse.[2])

Huius libelli partem inde a capite III. *Ὁ δὲ Λυσίας ὑπολαβών, παρὰ πολλοῖς ἔφη* . . . . usque ad caput XI. (excl. h. c. XI.) *Ὄλυμπος δέ, ὡς Ἀριστόξενός φησιν* . . . . totam exscriptam esse ex uno eodemque quodam scriptore cum Weil-Reinach puto.[3]) Atque cum in capite tertio legamus

Ἡρακλείδης δ' ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν ἐν Μουσικῇ . . . . φησιν . . . .

quin et locus libelli supra scriptus et sequens ex Heraclidae libro sint desumpti, dubitari nequit.

Cap. IX. *ἦσαν δὲ οἱ περὶ Θαλήταν τε καὶ Ξενόδαμον καὶ Ξενόκριτον ποιηταὶ Παιάνων, οἱ δὲ περὶ Πολύμνηστον τῶν Ὀρ-*

---

[1]) Ps. Plutarchi librum de musica ed. H. Weil-Th. Reinach. Paris 1900.

[2]) cf. Weil-Reinach, l. l. p. IV, V.

[3]) cf. Weil-Reinach, l. l. p. VI, VII.

θίων καλουμένων, οἱ δὲ περὶ Σακάδαν Ἐλεγείων. ἄλλοι δὲ Ξενόδαμον ὑπορχημάτων ποιητὴν γεγονέναι φασὶ καὶ οὐ Παιάνων, καθάπερ Πρατίνας. καὶ αὐτοῦ δὲ Ξενοδάμου ἀπομνημονεύεται ᾆσμα, ὅ ἐστι φανερῶς ὑπόρχημα.

Cap. XXXI. Quae in initio huius capitis sunt verba δῆλον Ἀριστόξενος ἐποίησε demonstrant hanc libelli περὶ μουσικῆς partem esse sumptam ex libro aliquo Aristoxeni. Qui vir peripateticus, qui 453 libros conscripsisse fertur (cf. Suid.), alicubi disputaverat, qua ratione pueri artibus erudirentur. Qua de re ut exemplum afferret, etiam Pratinam nominaverat. Quod hoc caput ad cognoscendam Pratinae poesim aptum est, totum exscribam.

Ὅτι δὲ περὶ τὰς ἀγωγὰς καὶ τὰς μαθήσεις διόρθωσις ἢ διαστροφὴ γίνεται, δῆλον Ἀριστόξενος ἐποίησε. τῶν γὰρ κατὰ τὴν αὐτοῦ ἡλικίαν φησὶ Τελεσίᾳ τῷ Θηβαίῳ συμβῆναι νέῳ μὲν ὄντι τραφῆναι ἐν τῇ καλλίστῃ μουσικῇ καὶ μαθεῖν ἄλλα τε τῶν εὐδοκιμούντων καὶ δὴ καὶ τὰ Πινδάρου τά τε Διονυσίου τοῦ Θηβαίου καὶ τὰ Λάμπρου καὶ τὰ Πρατίνου καὶ τῶν λοιπῶν, ὅσοι τῶν λυρικῶν ἄνδρες ἐγένοντο ποιηταὶ κρουμάτων ἀγαθοί. καὶ αὐλῆσαι δὲ καλῶς καὶ περὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς συμπάσης παιδείας ἱκανῶς διαπονηθῆναι. παραλλάξαντα δὲ τὴν τῆς ἀκμῆς ἡλικίαν οὕτω σφόδρα ἐξαπατηθῆναι ὑπὸ τῆς σκηνικῆς τε καὶ ποικίλης μουσικῆς, ὡς καταφρονῆσαι τῶν καλῶν ἐκείνων, ἐν οἷς ἀνετράφη, τὰ Φιλοξένου δὲ καὶ Τιμοθέου ἐκμανθάνειν, καὶ τούτων αὐτῶν τὰ ποικιλώτατα καὶ πλείστην ἐν αὐτοῖς ἔχοντα καινοτομίαν. ὁρμήσαντά τε ἐπὶ τὸ ποιεῖν μέλη καὶ διαπειρώμενον ἀμφοτέρων τῶν τρόπων, τοῦ τε Πινδαρείου καὶ Φιλοξενείου, μὴ δύνασθαι κατορθοῦν ἐν τῷ Φιλοξενείῳ γένει. γεγενῆσθαι δ' αἰτίαν τὴν ἐκ παιδὸς καλλίστην ἀγωγήν.

Restat cap. XLII. Ὅτι δὲ καὶ ταῖς εὐνομωτάταις τῶν πόλεων ἐπιμελὲς γεγένηται φροντίδα ποιεῖσθαι τῆς γενναίας μουσικῆς, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα μαρτύρια παραθέσθαι ἐστί. Τέρπανδρον δ' ἄν τις παραλάβοι τὸν τὴν γενομένην ποτὲ παρὰ Λακεδαιμονίοις στάσιν καταλύσαντα. καὶ Θαλήταν τὸν Κρῆτα, ὅν φασι κατά τι πυθόχρηστον Λακεδαιμονίους παραγενόμενον διὰ μουσικῆς ἰάσασθαι ἀπαλλάξαι τε τοῦ κατασχόντος λοιμοῦ τὴν Σπάρτην, καθάπερ φησὶ Πρατίνας. Assentior Weil-Reinach [1])

[1]) Weil-Reinach, l. l. p. XVIII.

etiam hunc locum esse haustum censentibus ex Aristoxeni scriptis. „Un très long morceau défiguré dans le De Musica par transcriptions accidentelles (§§ 322—387), mais où transparaît néanmoins d'un bout à l'autre, le génie systématique et encyclopédique du *μουσικός* par excellence." Quo in Aristoxeni libro haec fuerint omnino nescimus.

d) Pausanias in libro II, qui est de Corinthiacis, operis quod inscribitur *Περιήγησις τῆς Ἑλλάδος*, cum de urbe, cui est nomen Phlius, narret, Pratinam nominat. II 13, 6 *ἐνταῦθά* (sc. *ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς* prope aeneam capram) *ἐστιν καὶ Ἀριστίου μνῆμα τοῦ Πρατίνου. τούτῳ τῷ Ἀριστίᾳ σάτυροι καὶ Πρατίνᾳ τῷ πατρί εἰσι πεποιημένοι πλὴν τῶν Αἰσχύλου δοκιμώτατοι.*

Unde Pausanias haec sumpserit, certo dici non potest. Nescio, an Pausanias cum ipse Phliunte esset illud Aristiae monumentum viderit.[1]) Utrum verba *τούτῳ τῷ Ἀριστίᾳ σάτυροι κτέ* ex periegesi aliqua Pausanias sumpserit an has res memoria tenuerit, diiudicare non possumus. Eum libro de lyricis scripto usum esse verisimile non est.

e) Suidas[2]) de Pratina haec habet: *Πρατίνας, Πυρρωνίδου ἢ Ἐγκωμίου, Φλιάσιος, ποιητὴς τραγῳδίας. ἀντηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ τε καὶ Χοιρίλῳ, ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος* (500—497) *καὶ πρῶτος ἔγραψε Σατύρους. ἐπιδεικνυμένου δὲ τούτου συνέβη τὰ ἴκρια, ἐφ᾽ ὧν ἑστήκεσαν οἱ θεαταί, πεσεῖν. καὶ ἐκ τούτου θέατρον ᾠκοδομήθη Ἀθηναίοις. καὶ δράματα μὲν ἐπεδείξατο ν', ὧν Σατυρικὰ λβ'. ἐνίκησε δὲ ἅπαξ.*

Sub voce *Αἰσχύλος* apud Suidam iterum est narratum tabulatum ligneum corruisse:

. . . . *φυγὼν δὲ εἰς Σικελίαν διὰ τὸ πεσεῖν τὰ ἴκρια ἐπιδεικνυμένου αὐτοῦ.*

Auctor horum locorum nesciebat, quando et qua re permoti Athenienses theatrum lapideum struxissent, quaque re permotus Aeschylus in Siciliam profectus esset. At ei notum erat, aliquando cum et Pratinae et Aeschyli fabulae aliquae agerentur, tabulatum ligneum corruisse. Itaque hanc rem cum

---

[1]) E. Petersen quidem (Rh. Mus. 64, 1909, p. 481 sqq.) Pausaniam plurima monumenta, de quibus agit, ipsum vidisse putat.

[2]) Suidae lex. ed. Bernhardy. Hal. et Brunsw. 1852—53.

illis coniunxit. Quod rectum non est; nam Aeschylum alia causa commotum in Siciliam esse profectum constat (cf. Christ-Schmid l. l. p. 271 sqq.). Nec non primum theatrum lapideum Athenis perfectum esse, cum Lycurgus orator aerario praefuit, scimus.[1])

Suidam ex permultis fontibus hausisse notum est. Itaque fieri omnino non potest, ut diiudicemus, quo ex lexico hunc Pratinae locum sumpserit.[2]) Putant v. d. Hesychium Illustrium fontem fuisse, ad quem Suidae loci qui literarum historiam spectant reducuntur.

C. Loci qui Pratinam spectant.

Denique nobis sunt servati nonnulli loci, qui quamquam nomen poetae scriptum omnino non est, tamen ad Pratinam certe pertinent.

a) Praemittam locum, quem quamquam ipsius Pratinae nomen in eo fuisse verisimile non est, tamen neglegere nolo, inscriptionem dico, quae indicem victorum tragicorum continet.[3])

[Αἰ]σχύ[λος
[Εὐ]έτης,΄
[Πο]λυφράσμ[ων
[Νοθ]ιππος΄.
[Σοφο]κλης ΔΓΙΙΙ
[. . . .]τος΄΄ [-?]
[Ἀριστι]ας

Hoc modo Wilhelm id quod Koehler proposuerat secutus indicem restituit. Qua in tabula reficienda v. d. (Bergk alii) *Πρατίνας* pro *Ἀριστίας* scribere volebant, at equidem cum v. d. Wilhelm lapidi nomen Aristiae incisum fuisse puto. Nam lapide accuratius inspecto brevi intellegemus primam quamque nominum quae incisa sunt, literam eodem spatio a sinistro

---

[1]) cf. Schmid, Philologus 47 (1888), p. 573 sqq.

[2]) De Suidae fontibus cf. God. Bernhardy, De partitione subsidiis auctoritatibus Suidae lexicon. II a, 1853. Commentationum de Suidae lexico caput II. p. XXXVI—LXIII. D. Volkmann, De Suid. biographicis. Bonn 1861. Wachsmuth, De fontibus, ex quibus Suidas hauserit. Symbola Bonn. I. 137. Daub, De Suid. biographicorum origine. Lps. 1880.

[3]) C. I. A. III. 977 a. A. Wilhelm, Urkunden dramat. Aufführ. in Athen. Wien 1906. pgg. 101, 103.

margine distare et unam quamque literam idem spatium explere. Itaque literis nominum Pratinae et Aristiae numeratis statuere poteramus, utrum Aristiae an Pratinae nomen esset scribendum, nisi casu utrumque nomen ex octonis literis constaret. Sed tamen Wilhelmi mea quidem sententia recte restituendum esse Aristiae nomen ratus est, quod Pratinae nomen ob temporis ordinem post Polyphrasmonem, Phrynichi filium et Sophoclem in indice servatum nos offenderet.

b) Aggrediamur ad duo epigrammata, quae nobis sunt tradita in Anthologia Palatina.

Cap. VII, 37. *Διοσκορίδου. Εἰς Σοφοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, παῖδα Σοφίλλου.*

α. *Τύμβος ὅδ᾽ ἔστ᾽, ὤνθρωπε, Σοφοκλέος, ὃν παρὰ Μουσῶν*
ἱρὴν παρθεσίην ἱερὸς ὢν ἔλαχον.
ὅς με τὸν ἐκ Φλιοῦντος, ἔτι τρίβολον πατέοντα,
πρίνινον ἐς χρύσεον σχῆμα μεθηρμόσατο
καὶ λεπτὴν ἐνέδυσεν ἁλουργίδα· τοῦ δὲ θανόντος
εὔθετον ὀρχηστὴν τῇδ᾽ ἀνέπαυσα πόδα.

β. *Ὄλβιος, ὡς ἀγαθὴν ἔλαχες στάσιν! ἡ δ᾽ ἐνὶ χερσὶν*
κούριμος, ἐκ ποίης ἥδε διδασκαλίης;

α. *Εἴτε σοι Ἀντιγόνην εἰπεῖν φίλον, οὐκ ἂν ἁμάρτοις,*
εἴτε καὶ Ἠλέκτραν· ἀμφότεραι γὰρ ἄκρον.[1])

Quia ad huius epigrammatis sententiam intellegendam fructum affert epigr. cap. VII, 707, statim hic subiungam. *Διοσκορίδου. Εἰς Σωσιθέου τινὸς τάφον ὑποκρινομένου τὰ ἐν ταῖς τραγῳδίαις φερόμενα.*

Κἠγὼ Σωσιθέου[2]) *κομέω νέκυν, ὅσσον ἐν ἄστει*
ἄλλος ἀπ᾽ αὐθαίμων ἡμετέρων Σοφοκλῆν,
Σκίρτος ὁ πυῤῥογένειος. Ἐκισσοφόρησε γὰρ ὡνὴρ
ἄξια Φλιασίων, ναὶ μὰ χορούς, Σατύρων.
κἠμὲ τὸν ἐν καινοῖς τεθραμμένον ἤθεσιν ἤδη
ἤγαγεν εἰς μνήμην πατρίδ᾽ ἀναρχαΐσας·

---

[1]) Hoc carmen respondet ex aliqua parte carmini VII, 707. cf. H. Stadtmüller, Anthologia Graeca epigrammatum Palatina cum Planudea, vol. II, pars prior. Lips. 1899. p. 487.

[2]) Quando Sositheus floruerit Suidas nuntiat sub *Σωσίθεος* . . . . *ἀκμάσας κατὰ τὴν ρκδ᾽ ὀλυμπιάδα*, (i. e. circiter 280 a. Chr. n.)

καὶ πάλιν εἰσώρμησε τὸν ἄρσενα Δωρίδι Μούσῃ
ῥυθμόν, πρὸς τ᾽ αὐδὴν ἑλκόμενος μεγάλην
ἕσπετό μοι θύρσων τύπος εὖ χερὶ καινοτομηθεὶς
τῇ φιλοκινδύνῳ φροντίδι Σωσιθέου.

Dioscoridem poetam epigrammatis in Anthol. Pal. servatis satis novimus. Habemus huius poetae praeter multa alia epigrammata de Archilocho, VII, 351; de Sapphone VII, 407; de Thespide VII, 411. Etiam carmen quoddam est servatum, e quo concludere possumus, quando Dioscorides floruerit.

cap. VII, 708:

Τῷ κωμῳδογράφῳ, κούφη κόνι, τὸν φιλάγωνα
κισσὸν ὑπὲρ τύμβου ζῶντα Μάχωνι φέροις·
οὐ γὰρ ἔχεις κηφῆνα παλίμπλυτον, ἀλλά τι τέχνης
ἄξιον ἀρχαίης λείψανον ἠμφίεσας.
τοῦτο δ᾽ ὁ πρέσβυς ἐρεῖ: „Κέκροπος πόλι, καὶ παρὰ Νείλῳ
ἔστιν ὅτ᾽ ἐν Μούσαις δριμὺ πέφυκε θύμον.“

Dioscorides igitur, ut ex hoc carmine concludere debemus, aequalis fere, sed natu minor erat Machonis, poetae comoediae quae dicitur novae.

Quando Machon floruerit, concludere licet ex Athen. VI, 241 F, ubi eum Aristophanis Byzantini magistrum fuisse scriptum videmus (floruit igitur saeculo tertio exeunte.[1])

---

[1]) Porson (Euripidis Hec. Orest. Phoen. Med. vol. I, Hecuba. Lips. 1824, p. 6.) carmen in Athenaei libro sine poetae nomine servatum Pratinae attribuit. Athen. XIV, p. 622, C—D. *οἱ δὲ φαλλοφόροι, φησίν, προσωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνουσιν, προσκόπιον δ᾽ ἐξ ἑρπύλλου περιτιθέμενοι καὶ παιδέρωτος ἐπάνω τούτου ἐπιτίθενται στέφανον [τε] δασὺν ἴων καὶ κιττοῦ καυνάκας τε περιβεβλημένοι παρέρχονται οἳ μὲν ἐκ παρόδου, οἳ δὲ κατὰ μέσας τὰς θύρας, βαίνοντες ἐν ῥυθμῷ καὶ λέγοντες*

Σοί, Βάκχε, τάνδε μοῦσαν ἀγλαΐζομεν
ἁπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες αἰόλῳ μέλει,
καινάν, ἀπαρθένευτον, οὔ τι ταῖς πάρος
κεχρημέναν ᾠδαῖσιν, ἀλλ᾽ ἀκήρατον
κατάρχομεν τὸν ὕμνον.

Nescio qua re permotus Porson hoc carmen Pratinae attribuere voluerit.

c) Restat locus servatus in Pseudoacronis in Horatium scholiis. Ad versum 216 artis poeticae Horatii annotatum est:[1] [2]) „Cithara monochordos fuit, deinde paulatim dextra l⟨a⟩evaque addentes . . . . ponebant tragoediis satyrica dramata, in quibus salva maiestate gravitatis iocos exercebant secundum „Pratinae" institutionem. Is enim primus Athenis, Dionisia dum essent, satyricam fabulam induxit; alia autem satyra est illa mordax, ut Lucilii, Horatii, Persii, Iuvenalis. Hae autem fabulae satyricae dicuntur, ut tragicae et comicae."

Traditum est „secundum Cratini institutionem". Sed Cratini nomen hoc loco ineptum esse apparet. Nam Cratinum celeberrimum comoediarum poetam fabulam satyricam Athenas importasse nemo dicere poterat. Ut aliis locis (cf. infra de fab. satyr.) ita hoc schol. loco Pratinas inventor fabulae satyricae nominatur. Similitudine nominum „Pratinas" et „Cratinus" factum est, ut a librariis pro Pratina scriberetur Cratini nomen. Nam nomina simillima *Πρατίνας* et *Κρατῖνος* a scriptoribus veteribus saepius inter se permutata esse videntur. Apud Athen. I, p. 22 A traditum est: *ὅτι οἱ ἀρχαῖοι ποιηταί, Θέσπις, Πρατίνας, Κρατῖνος, Φρύνιχος* . . . . (cf. h. comm. p. 11). Apertum est Athen. *Πρατίνας* solum scripsisse; postquam scriba aliquis in margine notum nomen *Κρατῖνος* addidisset, quod nomen *Πρατίνας* non noverat, postea haec glossa per alterius scribae segnitiem iuxta genuinum illud *Πρατίνας* in Athenaei verba irrepsit.

Nam similitudo haud ita magna est horum versuum cum Pratinae carminibus nobis servatis, ut vix liceat hoc carmen Pratinae adscribere. Athen. celeberrimum hunc locum sumpsit ex libro Semi Delii *περὶ παιάνων* (lib. XIV, p. 622 B). Atque ex iis, quae addita sunt, elucet hoc phallophororum carmen nec non ithyphallicorum hoc Athen. loco servatum (XIV, p. 622 C—D.) inter cantilenas populares esse habendum. Recte igitur Bergk, Hiller-Crusius versus allatos carminibus popularibus adscripserunt.

[1]) Otto Keller, Pseudoacronis scholia in Horatium vetustiora. Lips. 1904. vol. II, p. 344 sqq.

[2]) Sic priscae motumque et luxuriem additi arti
Tibicen traxitque vagus per pulpita vestem;
Sic etiam fidelibus voces crevere severis,
Et tulit eloquium insolitum facundia praeceps.

Fragmenta, testimonia, ceteros qui Pratinam spectant locos contuli, quorum plurimos Bergk in editione lyricorum iam composuerat.

Sed priusquam, quae ex locis allatis concludi possint, explicare conamur, brevi complectamur, quae de fontibus singulorum locorum protulimus. Eorum quae de Pratina sunt servata, multa erant scripta in libris de musica vel de poetis lyricis Heraclidae Pontici et Aristoxeni.

Heraclidae, qui florebat saeculo quarto exeunte, scriptis debemus locum Athen. XIV, p. 624 (C—E) F. *(Ἡρακλείδης ἐν τρίτῳ περὶ Μουσικῆς)*; item Plut. cap. VII; cap. IX *(Ἡρακλείδης ἐν συναγωγῇ τῶν ἐν Μουσικῇ)*.

Sequitur Aristoxenus *ὁ Μουσικός*, Heraclidae in Aristotelis schola condiscipulus, ex cuius libris sunt sumpta Athen. XIV, p. 632 F—633 A. *(Ἀριστόξενος ἐν ταῖς Συμμίκταις Συμποτικαῖς)*; item Plutarchi cap. XXXI; cap. XLII. Ergo Athenaei complures et Plutarchi omnes loci originem repetunt ab Heraclide et Aristoxeno. Itaque suspicari licet etiam reliquos Athenaei locos (IX, p. 392 F; XI, p. 461 D—E; XIV, p. 617 B—F; I, p. 22 A) sumptos esse ex Heraclidae aut Aristoxeni quibusdam libris. Tamen crediderim neque Plutarchum, neque Athenaeum ex ipsis Heracl. et Aristox. scriptis hausisse (cf. h. comm. p. 9.). Illorum auctorum aetate, i. e. aevi imperatorii saeculis, libri grammaticorum collectanei exstitisse videntur, in quibus eius modi loci commode compositi legebantur nominibus auctorum primariorum additis. Ut erat mos multorum scriptorum, Ps. Plutarchi libelli auctor et Athenaeus tales libros collectaneos exscripsisse videntur auctorum proximorum nominibus non nominatis.[1])

Dioscorides, qui florebat circiter anno ducentesimo quinquagesimo, cum epigrammata duo ad Pratinam pertinentia faceret, hausisse videtur ex libro quodam de lyricis poetis scripto;

Iam Fabricius in Bibl. Graeca II, p. 319 hoc loco „Pratinas" scripsit. Ut cognoscas, quid censeant v. d. de hoc commentario, cf. Keller, l. l. vol. II. praefationem, imprimis cap. IV. Libros de hac re scriptos contulit Martin Schanz, Gesch. d. röm. Lit. Handb. d. klass. Altert.-Wiss. VIII, 3. ²1905, p. 175 sqq.

¹) cf. U. de Wilamowitz, Ein altatt. Epigr. Hermes XX (1885), p. 68, ann. 1.

nam dubito, an tunc temporis Pratinae nomen pervulgatum non fuerit apud homines doctos. Quamquam vero Pausaniae, Suidae, Pseudoacronis fontes non iam certo investigari possunt, tamen post Heraclidem vel Aristoxenum nulla Pratinae carmina exstitisse videntur.[1]

II. De Pratinae vita et carminibus.

A. De Pratinae vita.

Suidas Pratinae patris nomina affert *Πυῤῥωνίδης* aut *Ἐγκώμιος*.[2] Sed cum nomen *Ἐγκώμιος* sumptum videatur de carminum genere, quod est *ἐγκώμια*, quamquam Patrinam eiusmodi carmina composuisse non est traditum, non nos errare puto ponentes *Πυῤῥωνίδην* fuisse Pratinae patrem.[3] Quo anno poeta natus sit, nobis traditum non est. Patria Pratinae erat Peloponnesi illa septentrionalis regio, ubi illis temporibus chorica poesis florebat. Phliunte erat natus.[4] Iuvenem eum Phliunte fuisse existimo. Putare licet poetam primum carmina chorica composuisse aeque atque omnes fere poetas Peloponnesiacos. Illis temporibus (circiter anno quingentesimo a. Chr. n.) Athenae iam magna auctoritate fruebantur inter viros doctos et poetas.[5] Itaque Pratinas, fortasse ea de causa, ut fabulas in scaenam daret, Athenas profectus est. Quod quando fecerit, e fragmentis

[1]) In universum de hac re dicit U. de Wilamowitz, Textgesch. der griech. Lyriker. Abh. d. kgl. Ges. d. Wiss. Gött.-Berl. 1901. p. 8.

[2]) Suidas s. v. *Πρατίνας*. h. com. p. 14.

[3]) Similiter res se habet de Anacreonte, ut hoc unum exemplum afferam: Suid. s. v. *Ἀνακρέων* affert quattuor nomina, quae Anacreontis patris fuisse dicebantur. *Ἀνακρέων. Σκυθίνου υἱός· οἱ δὲ Εὐμήλου, οἱ δὲ Παρθενίου, οἱ δὲ Ἀριστοκρίτου ἐδόξασαν.* Quae nomina erant clarissimorum temporum quae praecedebant poetarum; scriptores enim posteriores poetis clarissimos patres dare volebant. cf. Hartung l. l. V, p. 203.

[4]) Athen. XI, p. 461 E; h. comm. p. 7. Pausan. II, cap. 13, 6; h. comm. p. 14, Suid. s. v. *Πρατίνας*: h. comm. p. 14. Anth. Pal. VII, 37; VII 707; h. comm. p. 16 sq.

[5]) Iam Pisistrato regnante tempora festa Athenis magnifice celebrabantur ita ut poetas externos allicerent. cf. Georg Busolt, Griech. Gesch. vol. II. ²1895. p. 343 sqq.

vel testimoniis non apparet. Fabulas conscripsit ν′ (i. e. quinquaginta), quarum λβ′ (i. e. triginta duae) erant fabulae satyricae, reliquae (duodeviginti) tragoediae.[1]) Unius tantum victoriae testimonium habemus.[2]) Olymp. ο′ (i. e. ann. 499—496) cum Aeschylo et Choerilo de palma certavit.[3]) Ut Thespis, Phrynichus, ita Pratinas saltandi magister fuit.[4]) Pausanias narrat, Phliunte se Aristiae filii Pratinae[5]) monumentum vidisse, cum de Pratina nihil dicat.[6]) Qua ex re fortasse Aristiae domicilium, quamquam patrem Athenas proficiscentem comitatus est atque post patris mortem Athenis fabulas dedit, per totam fere vitam Phliunte fuisse suspicari licet. Tamen hac ex re efficere non possumus, utrum Patrinas Athenis an in urbe patria an alibi mortuus sit; item nescimus, quando poeta de vita decesserit. Aristias cum olymp. οη′ (i. e. ann. 468–464) Athenis cum Aeschylo et Polyphrasmone certaret, secundum accepit praemium.[7]) Illo tempore Pratinam iam mortuum esse verisimile est.

B. De Pratinae carminibus.

a) De carminibus lyricis.

Iam dicamus necesse est de Pratinae arte poetica. Atque primo loco disputem de Pratina poeta lyrico, deinde de fabulis eius satyricis, tertio loco de tragoediis. Hoc satis mirum videtur, quod poetarum Graecorum illorum temporum Pratinas solus fere horum trium poesis generum carmina finxit. Qua de re nonnulla praemittam.

Poetarum melicorum duodequinquaginta a Theodoro Bergk collectorum quattuor tantum in Augusti Nauck trag. Graec. fragm. occurrunt: Simonides, Pratinas, Phrynichus, Polyidus.

---

[1]) Suid. s. v. *Πρατίνας*, cf. h. comm. p. 14.

[2]) Suid. s. v. *Πρατίνας*, cf. h. comm. p. 14.

[3]) Suid. s. v. *Πρατίνας*, cf. h. comm. p. 14.

[4]) Athen. I, p. 22 A, cf. h. comm. p. 11.

[5]) Argum. Aesch. Sept. cf. h. comm. p. 10. Aristias erat poeta tragicus; cf. Nauck: Fragm. trag. Graec. Lpz. [2]1889. p. 726 sqq. Wilhelm, Urkunden l. l. p. 103. U. de Wilamowitz, Gött. gel. Anz. 1906. p. 632.

[6]) Pausan. II, cap. 136. cf. h. comm. p. 20.

[7]) Arg. Aesch. Sept.; cf. h. comm. p. 10.

1. De Simonide haec habet Suidas: *Σιμωνίδης, Λεωπρέπους, Ἰουλιήτης τῆς ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ πόλεως, λυρικός .... καὶ γέγραπται αὐτῷ Δωρίδι διαλέκτῳ ἡ Καμβύσου καὶ Δαρείου βασιλεία, ... θρῆνοι, ἐγκώμια, ἐπιγράμματα, παιᾶνες, καὶ τραγῳδίαι, ... καὶ ἄλλα.* Sed Nauck dubitat an hic tragicus poeta idem non sit atque ille lyricus Ceus.

2. Diiudicari non potest, utrum Polyidus Bergkii (P. lyr. Gr. III, p. 632) idem sit atque is, quem Nauck (Fragm. trag. Gr. p. 781) recepit necne. Illo Aristot. Poet. cap. 16, p. 1455 a 6 loco legitur: .... *ἡ Πολυείδου σοφιστοῦ περὶ Ἰφιγενείας* .... ibid. cap. 17, p. 1455 b 10 .... *εἴθ᾽ ὡς Εὐριπίδης εἴθ᾽ ὡς Πολύειδος ἐποίησεν* .... Qui loci satis demonstrant hunc Iphigeniae poetam post Euripidem floruisse.[1])

3. Phrynichi unum fragmentum est traditum, quod lyricae poesis est. Fragm. I Bergkii (Fragm. lyr. Gr. III, p. 561) Lamproclis est (cf. Wilamowitz, Textgeschichte d. griech. Lyr. l. l. p. 84); fragm. II tragici esse sermonis videtur. (cf. Hiller-Crusius, Anth. lyr. p. XXXV; Nauck, Fragm. trag. Gr. p. 723, ubi hoc fragm. legas.) Restat unum epigramma et Athen. locus VI, p. 250 B, ubi Phrynichus paeanes composuisse dicitur.

Si summa fit, praeter Phrynichum Pratinam solum illorum poeterum et carmina lyrica et fabulas conscripsisse videmus.[2])

Iam ad singula fragmenta aggrediamur. Ac primum interpretemur carmen, quod est servatum apud Athen. XIV, p. 617 B—F (cf. h. comm. p. 8.), quod scribendum esse puto sic:

Τίς ὁ θόρυβος ὅδε; τί τάδε τὰ χορεύματα;
τίς ὕβρις ἔμολεν ἐπὶ Διονυσιάδα πολυπάταγα θυμέλαν;
ἐμὸς ἐμὸς ὁ Βρόμιος· ἐμὲ δεῖ κελαδεῖν, ἐμὲ δεῖ παταγεῖν
ἀν᾽ ὄρεα θύμενον μετὰ Ναϊάδων
οἷά τε κύκνον ἄγοντα ποικιλόπτερον μέλος.
τὰν ἀοιδὰν κατέστασε Πιερὶς βασίλειαν, ὁ δ᾽ αὐλὸς
ὕστερον χορευέτω· καὶ γάρ ἐσθ᾽ ὑπηρέτας·
κώμῳ μόνον θυραμάχοις τε πυγμαχίαισι νέων θέλει παροίνων
ἔμμεναι στρατηλάτας·

[1]) cf. de Polyido Hartung, Griech. Lyr. VI, p. 316.

[2]) Aliter res se habet apud elegiacos poetas.

παῖε τὸν φρυναίου
ποικίλου πνοὰν ἔχοντα·
φλέγε τὸν ὁλοσιαλοκάλαμον
λαλοβαρύοπα παραμελορυθμοβάταν θ'
ὑπαὶ τρυπάνῳ δέμας πεπλασμένον.
ἢν ἰδού. ἅδε σοι δεξιᾶς
καὶ ποδὸς διαῤῥιφά, θριαμβοδιθύραμβε·
κισσόχαιτ' ἄναξ, ἄκουε τὰν ἐμὰν Δώριον χορείαν·

Hoc carmine Pratinas vehementer invehitur in poetas tibiam primum locum in chorica poesi tenere patientes, ut cantus tibiis postponeretur.

Dolemus, quod poetarum illorum temporum perpauca tantum fragmenta et testimonia restant, ut fieri non possit, ut dilucide illud certamen musicum, quo etiam Pratinas implicitus erat, describere possimus. Attamen pauca conferri possunt.[1])

Nam viri artis musicae docti tunc temporis Graecorum inter se certabant, utrum tibiae an lyra primum locum tenerent.[2])

Duobus locis, quod sciam, scriptorum veterum de illa disceptatione musica, qua Pratinas erat implicitus, nonnulla narrantur: Athen. XIV, p. 616 E sqq. et Ps.-Plutarch. de musica, cap. 27 sqq. Nominantur apud Athen., qui alteram utram defenderunt sententiam de arte musica Melanippides, Telestes, Pratinas, aqud Ps.-Plutarch. Lasus, Melanippides. Quorum poetarum Lasus et Telestes novum quoddam poesis genus, quod Pratinas contemnebat, sequebantur, cum Melanippides aeque ac Pratinas simplicem nomum auleticum amaret. Quare afferam, quae ad hoc certamen musicum attinent.

1. De Laso (floruit circiter anno quingentesimo) haec habet Pseudo-Plutarch. cap. XXIX.[3])

[1]) De hoc certamine musico cf. Wilh. Schmidt, Diatribe in dithyrambum. Berol. 1845. p. 248 sqq. U. de Wilamowitz, Ein altatt. Epigramm, Hermes XX (1885), p. 64; 67 sqq. Crusius, P. W. R. E. V, 1. 1903, p. 1223.

[2]) cf. Abert, Die Lehre vom Ethos in der griech. Musik. Lpz. 1899. d. 60 sqq. Plutarch. symp. p. 638 B. C.

[3]) Lasus etiam alias quasdam novas res invenisse dicitur; cf. Suidas s. v. *Λᾶσος: πρῶτος δὲ οὗτος περὶ μουσικῆς λόγον ἔγραψε, καὶ διθύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰσήγαγε. καὶ τοὺς ἐριστικοὺς εἰσηγήσατο λόγους.* Quod Suidas

Λᾶσος δὲ ὁ Ἑρμιονεὺς εἰς τὴν διθυραμβικὴν ἀγωγὴν μεταστήσας τοὺς ῥυθμοὺς καὶ τῇ τῶν αὐλῶν πολυφωνίᾳ κατακολουθήσας πλείοσί τε φθόγγοις καὶ διερριμμένοις χρησάμενος εἰς μετάθεσιν τὴν προϋπάρχουσαν ἤγαγε μουσικήν· οὕτως γὰρ ἑπταφθόγγου τῆς λύρας ὑπαρχούσης [ἕως εἰς Τέρπανδρον τὸν Ἀντισσαῖον] διέρριψεν εἰς πλείονας φθόγγους.

Quo loco narratur Lasum tibiarum polyphoniam cum admiraretur, — qua ex re elucet iam ante Lasum poetas fuisse, qui tibiarum sonum variando augerent, hominum cantus paulatim diminuerent, — tibiarum multos variosque sonos etiam lyra, quae antea *ἑπτάφθογγος* fuerat, imitatum esse. Quia alia Lasi fragmenta vel testimonia ad hoc certamen pertinentia non habemus, accuratius definire non possumus, quantopere Lasus tibiarum polyphoniam excoluerit.[1])

2. Magis magisque tibiarum auctoritas aucta esse videtur,[2]) donec poetae, qui vetustum simplicemque cantandi nomum amabant, vehementer in poetas novi nomi invecti sunt. Inter hos poetas habendus est Melanippides.[3]) Athen. XIV, p. 616 E haec affert:

. . . . *περὶ μὲν γὰρ αὐλῶν ὃ μέν τις ἔφη τὸν Μελανιππίδην καλῶς ἐν τῷ Μαρσύᾳ διασύροντα τὴν αὐλητικὴν εἰρηκέναι περὶ τῆς Ἀθηνᾶς:*

---

dixit Lasum primum de musica orationem prosam scripsisse, satis incertum videtur. Hesych.: *Λασίσματα· ὡς σοφιστοῦ τοῦ Λάσου καὶ πολυπλόκου.* Athen. X, p. 455 C—D: *ταῦτα σημειώσαιτ᾽ ἄν τις πρὸς τοὺς νοθεύοντας Λάσου τοῦ Ἑρμιονέως τὴν ἄσιγμον ᾠδήν, ἥτις ἐπιγράφεται Κένταυροι. καὶ ὁ εἰς τὴν Δήμητρα δὲ τὴν ἐν Ἑρμιόνῃ ποιηθεὶς τῷ Λάσῳ ὕμνος ἄσιγμός ἐστιν.* cf. Athen. VIII, p. 338 B sqq.

[1]) cf. Bergk, Griech. Literaturgesch. III, 1884, p. 263, qui dicit de Laso adversario auletico Pratinae. William Ridgeway, The origin of Tragedy with special reference to the Greek tragedians, Cambridge 1910, p. 64.

[2]) cf. Ps. Plutarch, De musica, cap. XXX. *ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐλητικὴ ἀπὸ ἁπλουστέρας εἰς ποικιλωτέραν μεταβέβηκε μουσικήν· τὸ γὰρ παλαιὸν [ἕως εἰς Μελανιππίδην τὸν τῶν διθυράμβων ποιητὴν] συμβεβήκει τοὺς αὐλητὰς παρὰ τῶν ποιητῶν λαμβάνειν τοὺς μισθοὺς πρωταγωνιστούσης δηλονότι τῆς ποιήσεως, τῶν δ᾽ αὐλητῶν ὑπηρετούντων τοῖς διδασκάλοις.*

[3]) Suidas duos poetas affert, quorum unicuique fuisset nomen Melanippidis. Erw. Rohde mea quidem sententia recte demonstravit unum tantum poetam huius nominis fuisse in Rh. Mus. XXXIII (1878), p. 213.

ἁ μὲν Ἀθάνα
τὤργαν᾽ ἔρριψέν θ᾽ ἱερᾶς ἀπὸ χειρός,
εἶπέ τ᾽ · »ἔρρετ᾽ αἴσχεα, σώματι λύμα,
(οὔ) με ⟨τᾷ⟩δ᾽ ἐγὼ κακότατι δίδωμι.«

Ex hoc Athenaei loco clare apparet Melanippidem carmen quoddam composuisse, cui inscriptum erat *Μαρσύας;* quo carmine, cuius Athenaeus fragmenta affert, poetam invectum esse in tibiarum polyphoniam.

Pausanias narrat Marsyam Olympi patrem nomum tibinum invenisse.[1]) Itaque concludere mea quidem sententia licet Melanippidem hoc carmine de nomi tibini primordiis dixisse. Imprimis narravisse videtur Minervam deam Marsyam nomi auletici inventorem increpuisse, deam ipsam tibias abiecisse, quod vultum deformarent. Hoc carmine Melanippides id efficere studuisse videtur, ut auctoritas, quam illis temporibus tibiae assecutae erant, diminueretur. Notandum est huius de Minerva et Marsya fabulae monumentum Athenis fuisse, id quod Pausanias narrat.[2])

3. Athenaeus postquam illud Melanippidis fragmentum attulit, Telestis duo fragmenta adiungit, quibus hic poeta tibias summis laudibus tollit. Memoratu est dignum, quod — id quod Athenaeus dicit — Telestis prius fragmentum illi Melanippidis carmini respondet. Locum exscribere liceat:

[1]) Pausan. X, 30, 9: . . . . *ἐστὶν ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος Μαρσύας, καὶ Ὄλυμπος παρ᾽ αὐτὸν παιδός ἐστιν ὡραίου καὶ αὐλεῖν διδασκομένου σχῆμα ἔχων. οἱ δὲ ἐν Κελαιναῖς Φρύγες ἐθέλουσι μὲν τὸν ποταμὸν ὃς διέξεισιν αὐτοῖς διὰ τῆς πόλεως ἐκεῖνόν ποτε εἶναι τὸν αὐλητήν, ἐθέλουσι δὲ καὶ εὕρημα εἶναι τοῦ Μαρσύου τὸ Μητρῷον αὔλημα.*

[2]) Pausan. I, 24, 1: *Ἐνταῦθα* (sc. *ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει*) *Ἀθηνᾶ πεποίηται τὸν Σιληνὸν Μαρσύαν παίουσα, ὅτι δὴ τοὺς αὐλοὺς ἀνέλοιτο, ἐῤῥῖφθαι σφᾶς τῆς θεοῦ βουλομένης.* Cf. de illo ab Athen. allato fragmento Aristot. Polit. lib. VIII, cap. VI, 8. Plutarch. De cohib. ira. 6. Tibiarum nomis exceptis Melanippides et musicae et poesi novas res intulisse videtur; cf. Suid. . . . . *ὃς ἐν τῇ τῶν διθυράμβων μελοποιίᾳ ἐκαινοτόμησεν πλεῖστα.* Ps. Plutarch. De musica XXX. *Ὁμοίως δὲ καὶ Μελανιππίδης ὁ μελοποιὸς ἐπιγενόμενος οὐκ ἐνέμεινε τῇ προϋπαρχούσῃ μουσικῇ* . . . . Pherecrat. fragm. 145 vs. 3. (Kock, Comic. Gr. fragm. I, p. 188) . . . . *ἐμοί τε ἦρξε τῶν κακῶν Μελανιππίδης.* item Aristot. Rhet. III, 9.

Athen. XIV, p. 616 F sqq.

πρὸς ὃν ἀντιλέγων ἄλλος ἔφη· „ἀλλ' ὅ γε Σελινούντιος Τελέστης τῷ Μελανιππίδῃ ἀντικορυσσόμενος ἐν Ἀργοῖ ἔφη, — ὁ δὲ λόγος ἐστὶ περὶ τῆς Ἀθηνᾶς —

»ὃν σοφὸν σοφὰν λαβοῦσαν οὐκ ἐπέλπομαι νόῳ δρυμοῖς ὀρείοις
ὀργάν(ων) δίαν Ἀθάναν
δυσόφθαλμον αἶσχος ἐκφοβηθεῖσαν
αὖθις ἐκ χερῶν βαλεῖν,
νυμφαγενεῖ χοροκτύπῳ φηρὶ Μαρσύᾳ κλέος.
τί γάρ νιν εὐηράτοιο κάλλεος ὀξὺς ἔρως ἔτειρεν,
ᾇ παρθενίαν ἄγαμον καὶ ἄπαιδ' ἀπένειμε Κλωθώ;

. . . .
ἀλλὰ μάταν ἀχόρευτος
ἅδε ματαιολόγων φάμα προσέπταθ' Ἑλλάδα μουσοπόλων
σοφᾶς ἐπίφθονον βροτοῖς τέχνας ὄνειδος.«

μετὰ ταῦτα δὲ ἐγκωμιάζων τὴν αὐλητικὴν λέγει:

»ἃν συνεριθοτάταν Βρομίῳ παρέδωκε σεμνᾶς
δαίμονος ἀερθὲν πνεῦμ' αἰολοπτερύγων σὺν ἀγλαᾶν ὠκύτατι χειρῶν.«

κομψῶς δὲ κἀν τῷ Ἀσκληπιῷ ὁ Τελέστης ἐδήλωσε τὴν τῶν αὐλῶν χρείαν ἐν τούτοις·

»ἢ Φρύγα καλλιπνόων αὐλῶν ἱερῶν βασιλῆα,
Λυδὸν ὃς ἥρμοσε πρῶτος
Δωρίδος ἀντίπαλον μούσας νόμον αἰόλον ὀμφᾷ,
πνεύματος εὔπτερον αὔραν ἀμφιπλέκων καλάμοις.«

Non solum Melanippides, sed etiam alii poetae in carminibus narravisse videntur Minervam deam artem auleticam sprevisse. Nam Telestes dicit hanc fabulam a garrulis inventam tum per totam Graeciam pervulgatam fuisse; qua ex re concludere licet Pratinae aetate multos poetas, quorum neque nomina neque carmina exstant, de illo certamine musico versus fecisse.

Etiam alterum locum Athenaeus servavit, ubi Telestes dicit de tibiis: lib. XIV, p. 625 F sq.:

. . . . μαθεῖν οὖν τὰς ἁρμονίας ταύτας τοὺς Ἕλληνας παρὰ τούτων (Φρυγῶν)· διὸ καὶ Τελέστης ὁ Σελινούντιός φησιν·

Πρῶτοι παρὰ κρατῆρας Ἑλλάνων ἐν αὐλοῖς
συνοπαδοὶ Πέλοπος ματρὸς ὀρείας
Φρύγιον ἄεισαν νόμον.
τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖ⟨ς⟩ κρέκον
Λύδιον ὕμνον.[1])

Haec sunt, quae ex illorum quattuor poetarum fragmentis ad hoc certamen musicum pertineant. Quamquam illi poetae Athenienses non sunt — Pratinas enim erat natus Phliunte, Lasus Hermione, Melanippides Meli, Telestes autem Selinunte —, tamen verisimile mihi quidem videtur hoc tibinum certamen Athenis fuisse. Quod concludo ex illis duobus locis, qui sunt servati de Laso.

Herodot. VII, 6: *ἐξηλάθη γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηνέων, ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλοὺς ὑπὸ Λάσου τοῦ Ἑρμιονέος.* Suidas s. v. *Λᾶσος:* . . . . *καὶ διθύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰσήγαγε.*

Hoc Suidae loco certamina Atheniensia significari apertum est. Ille Herodoti locus nos docet Lasum temporibus Hipparchi filii Pisistrati Athenis fuisse. Itaque his ex locis elucet Lasum cum Athenis carmina faceret novas res poesi intulisse. Qua de causa totum illud certamen musicum Athenis fuisse puto; quocum optime concinit, quod illis temporibus tibiae Athenis et parvi et magni aestimabantur id quod multa testimonia nos docent. C. F. Hermann [2]) de hac re scripsit: „. . . . während die Athener, zum Teil schon aus politischem Antagonismus, mit einiger Geringschätzung auf diese Fertigkeit herabsahen, was allerdings nicht hinderte, daß bei ihnen dieselbe nicht nur im Privatleben vielfach zur Verwendung kam, sondern daß auch in ihren Schulen Unterricht im Flötenspiel erteilt wurde." (Hermann locos huc per-

---

[1]) Telestem rationem antiquam simplicem poesis omnino non secutum esse scimus. cf. Dionys. de comp. verb. 19: *οἵ δέ γε διθυραμβοποιοὶ καὶ τοὺς τρόπους μετέβαλλον Δωρίους τε καὶ Φρυγίους καὶ Λυδίους ἐν τῷ αὐτῷ ᾄσματι ποιοῦντες, καὶ τὰς μελῳδίας ἐξήλαττον τότε μὲν ἐναρμονίας ποιοῦντες, τότε δὲ χρωματικάς, τότε δὲ διατόνους, καὶ τοῖς ῥυθμοῖς κατὰ πολλὴν ἄδειαν ἐνεξουσιάζοντες διετέλουν, οἵ γε δὴ κατὰ Φιλόξενον καὶ Τιμόθεον καὶ Τελέστην* . . . .

[2]) C. F. Hermann, Lehrbuch der griech. Antiquitäten, vol. IV. Privataltertümer 3, ed. H. Blümner. Freiburg 1882, p. 318 sq.

tinentes collegit.) Cf. H. Flach, Gesch. der griech. Lyrik vol. I, p. 61 sqq.[1] [2])

Cum locos ad hanc disceptationem musicam pertinentes perlegerem animadvertisse me puto iam Heraclidem Ponticum in tertio libro operis, quod inscriptum erat *περὶ μουσικῆς*, de hac re nonnulla scripsisse.

In Athenaei enim scriptis bis occurrit *Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τρίτῳ περὶ μουσικῆς*: lib. X, p. 455 D; lib. XIV, p. 624 C.[3]) Priore loco *ὕμνος ἄσιγμος* Lasi nominatur. Altero loco de harmoniis Athenaeus dicit; affert fragmenta ad musicam pertinentia Lasi, Pratinae, Pythermi; deinde disputat de *Φρυγῶν καὶ Λυδῶν* harmoniis et Telestis fragmentum, quod scripsi p. 27, quo agitur de tibiis, affert. Restant locorum, qui ad hoc certamen spectant, loci de Laso: Ps.-Plutarch. de musica XXIX (ann. 2 p. 24), de musica XXX; de Pratina: Athen. XIV, p. 617 B sqq.;[4]) de Teleste: Athen. p. 616 F sqq.;[4]) quos ad certos auctores reducere non possumus. Qui loci cum artissime cohaereant cum locis supra allatis, qui in Heraclidae de musica tertio libro erant scripti, mea quidem sententia suspicari licet etiam illos locos ex eodem Heraclidae libro esse sumptos.

---

[1]) Ad hanc disceptationem spectat etiam versus octavus inscriptionis tripodis (Anth. Pal. XIII, 28), de qua scripsit U. de Wilamowitz in Hermes XX, 1885, p. 62 sqq.

vs. 7 sq. *εὖ δ᾽ ἐτιθηνεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωρίοις Ἀρίστων*
Ἀργεῖος ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς·

Wilam. hoc carmen scriptum esse ineunte V saeculo a Chr. n. demonstravit l. l p. 66. Telestis similem sententiam afferam: *πνεύματος εὔπτερον αὔραν ἀμφιπλέκων καλάμοις.* (Hill.-Crus. Telestes II, 4; cf. h. comm. p. 26.) Nescio an etiam huc spectet locus ille Athenaei VII, p. 337 E—F: *λόγος γάρ παλαιὸς ὡς ὅτι· ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν, ἀλλ᾽ ἅμα τῷ φυσῆν χὡ νόος ἐκπέταται.*

[2]) De tibiarum historia apud Graecos et barbaros cf. H. Flach l. l. vol. I, 4. Entwicklung des Flötenspiels p. 59—80.

[3]) Praeterea est servatum apud Athen. lib. XIV, p. 649 C: *κατὰ τὸν Ποντικὸν λεσχηνευτήν*; hunc locum Heraclidae Pontico attribuendum esse apertum est; sed quo in libro fuerit nescimus. Restat XV, p. 701 E, ubi est scriptum: *τὸ δὲ ὑφ᾽ Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ λεχθέν*; neque hunc locum certo cuidam libro attribuere possumus.

[4]) Hos Pratinae et Telestis locos ex eodem libro haustos esse demonstratum est supra p. 8.

Quod si verum est, sequitur, ut Heraclides in illo libro etiam de disceptatione illa auletica scripserit.

Nunc redeamus ad Pratinae carmen, luculentissimum illius certaminis documentum, cuius cum satis difficile sit intellectu sententias singulas interpretemur.

vs. 1 sq. *Τίς ὁ θόρυβος ὅδε; τί τάδε τὰ χορεύματα;*
τίς ὕβρις ἔμολεν ἐπὶ Διονυσιάδα πολυπάταγα θυμέλαν;

„Quid hic clamor? Quid hae saltationes? Quantam superbiam video ad aram Dionysi celebrem multo strepitu?"

Quis ille est, quem vehementer irascentem ad saltandi locum venire poeta fingit?

Locus, ubi saltatur, Dionysi cultui est sacratus; nam poeta eum nominat *Διονυσιάδα . . . θυμέλαν.* (de hac voce v. infra.) Quae Dionysi ara appellatur *πολυπάταγα,* quo attributo poeta significare videtur circum aram multum strepitum inveniri. Unde hic clamor oriatur, non clare exprimitur. Sed errare non videmur statuentes hoc adiectivum ad musicam et ad cantum spectare.

Vehementer is, qui advenit, invehitur in chorum quendam, qui saltandi locum occupasse videtur *(τί τάδε τὰ χορεύματα),* quare adveniens ei *ὕβριν* exprobrat. Cui irarum ardori optime adaptatum est carminis initium, quod est formatum compluribus enuntiatis interrogativis magna celeritate praecipitatis nec non metris solutis (proceleusmaticis).

Traditum est *τί τάδε τὰ χ.* Lectiones Stephani *τίνα τάδε,* Hartungi *τίνα τά* reiciendas esse puto, quibus versus proceleusmatici delerentur. Eandem singularis et pluralis coniunctionem invenimus, ut exemplum afferam, Eur. Cycl. 203. *τί τάδε; τίς ἡ ῥᾳθυμία;*

Is, qui advenit, postquam illis interrogationibus stuporem suum declaravit, dicit:

vs. 3 *ἐμὸς ἐμὸς ὁ Βρόμιος.*

„Me, me decet, Bromium cantibus celebrare!"

Bromius est Dionysi cognomen; cf. Aesch. Eum. 24 *Βρόμιος ἔχει τὸν χωρόν;* Aristoph. Thesm. 990 sq.: *εὔιον ὦ Διόνυσε Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ.*

(Cf. Eur. Cycl. 1; Diod. IV, 5.) Quare ex his verbis apparet eum qui saltatum advenit, esse Dionysi quendam comitem. Statim nobis in mentem venit eum esse satyrum quendam vel satyrorum chorum; nam satyros Dionysum comitari scimus. (Cf. ex. gr. Strabo X, p. 468: *οἷοι περὶ τὸν Διόνυσόν εἰσιν οἱ Σάτυροι*; Diod. IV, 5: *καὶ Σατύρους δέ φασιν αὐτὸν* (sc. *τὸν Διόνυσον*) *περιάγεσθαι κτέ.*) Satyrorum igitur chorus (I), qui advenit, a poeta inducitur vehementissime irascens choro alteri (II), quem ad Dionysi aram saltantem et cantantem invenerit.

vs. 3 sqq. *ἐμὲ δεῖ κελαδεῖν, ἐμὲ δεῖ παταγεῖν*
ἀν' ὄρεα θύμενον μετὰ Ναϊάδων
οἷά τε κύκνον ἄγοντα ποικιλόπτερον μέλος.

„Me decet magna voce cantare, me decet cum Naiadibus vagari per silvas, ut cycnum cantare cantum versicolorem."

Idem Strabo X, p. 468 narrat Naiades Dionysi esse comites: *Διονύσου δὲ* (*πρόπολοι* = comites) *Σειληνοί τε καὶ Σάτυροι καὶ Τίτυροι καὶ Βάκχαι, Λῆναί τε καὶ Θυῖαι καὶ Μιμαλλόνες καὶ Ναΐδες καὶ Νύμφαι προσαγορευόμεναι.*

Cf. Pausan. III, 25, 2: *τάδε ἐξ ᾄσματος Πινδάρου:*
Ὁ ζαμενὴς δ' ὁ χοροιτύπος
Ὃν Μαλεάγονος ἔθρεψε Ναΐδος ἀκοίτας
Σιληνός. Cf. Eur. Cycl. 429 sq.

Iam apud Hes. fr. 198 ed. Rzach *οὔρειαι νύμφαι* cum satyris componuntur, quem locum servavit Strabo X, p. 471: *Ἡσίοδος μὲν γὰρ Ἑκατέρου καὶ τῆς Φορωνέως θυγατρὸς πέντε γενέσθαι θυγατέρας φησίν:*
ἐξ ὧν οὔρειαι νύμφαι θεαὶ ἐξεγένοντο
καὶ γένος οὐτιδανῶν Σατύρων καὶ ἀμηχανοεργῶν.

Pratinae illius loci valde similem locum scripsit Aristophanes Thesm. 990 sqq.:
εὔιον ὦ Διόνυσε
Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ
χοροῖς τερπόμενος
κατ' ὄρεα νυμφᾶν ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις,
εὔιον εὔιον εὐοῖ
. . . . *ἀναχορεύων.*

Verbum *κελαδεῖν* hoc loco intransitive adhibitum est. Cum aliis locis *κελαδεῖν* intrans. usurpatum significet „strepitum vel

tumultum facere", huic verbo inesse hoc loco significationem „magna voce cantare" puto sicuti scripserunt Pind. Nem. IV, 26 κελαδεῖν ὕμνον; Eur. Herc. 694 κελαδεῖν παιᾶνας. Vs. 4 θύμενον habent A. C;[1]) σύμενον B; ἐσσύμενον PVL. ἐσσύμενον metri causa non est recipiendum. (cf. infra de re metr.) Optimus Athenaei codex A, ex quo ceteri fluxerunt, habet θύμενον. Quod vocabulum optimum sensum praebet. Curtius[2]) de eo scripsit: „Da θύμενος ebenso correct gebildet ist wie σύμενος und da für die stürmischen Bewegungen der θυιάδες θύειν (vgl. θυάζειν) die vox propria ist, so werden wir sehr geneigt sein, es für echt überliefert zu halten." Cf. Etym. Magn. p. 457, 19 Θυάδες: αἱ Βάκχαι· παρὰ τὸ θύω, τὸ ὁρμῶ· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι, θυϊάδες. Hesych.: ἐκθύμενος· ταχύς; Aesch. Sept. 498 βακχᾷ πρὸς ἀλκήν, θυιὰς ὥς. 836 ἔτευξα τύμβῳ μέλος ὡς θυιάς; Suppl. 564 μαινομένα . . . ὀδύναις τε κεντροδαλήτισι θυιὰς Ἥρας. Non multum valere mihi videtur, quod haec vox alibi non est servata; nam Pratinas complures voces habet, quas alibi non invenies. (cf. infra caput de Pratinae sermone).[3])

Versu quinto chorus I comparat suum ipsius cantum cum cycnorum cantibus, qui morituri canere dicebantur. De cycnorum cantu sermo est primum in Hes. Scut. 315 sq.

οἱ δὲ κατ᾽ αὐτὸν
κύκνοι ἀερσιπόται μεγάλ᾽ ἤπυον, οἵ ῥά τε πολλοὶ
νῆχον ἐπ᾽ ἄκρον ὕδωρ.

Item Aeschylus dicit de cycnorum vocibus Agam. 1444:

κύκνου δίκην
τὸν ὕστατον μέλψασα θανάσιμον γόον.

[1]) Athenaei Deipnosophistarum optimus codex est Marcianus, quem Kaibel significat voce A. (saec. X.). De ceteris codicibus cf. Kaibel, l. l. praef. p. VIII sqq.

[2]) Georg Curtius, Das Verbum der griechischen Sprache[2], 1877, I, p. 191.

[3]) Liceat ad vss. 3 sqq. nonnullos locos similes epicorum afferre:
Il. κ. 362 ἐπείγετον . . . χῶρον ἀν᾽ ὑλήενθ᾽ . . .
Od. ξ. 2 προσέβη . . . χῶρον ἀν᾽ ὑλήεντα δι᾽ ἄκριας.
Od. ν. 103 sqq. ἀγχόθι δ᾽ αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ἠεροειδές, ἱρὸν νυμφάων, αἳ νηϊάδες καλέονται.
Hes. Theog. 129 sq.
γείνατο δ᾽ οὔρεα μακρά, θεῶν χαρίεντας ἐναύλους,
Νυμφέων, αἳ ναίουσιν ἀν᾽ οὔρεα βησσήεντα.

vs. 6 sq. τὰν ἀοιδὰν κατέστασε Πιερὶς βασίλειαν · ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω. καὶ γάρ ἐσθ' ὑπηρέτας.

His demum ex versibus cognoscimus, qua de causa chorus I vehementissime in chorum alterum invehatur. Nam alter chorus rationem novam sequitur, quae tibiarum cantui primum locum tribuat, cum chorus I cantum tibiis praeponat. Suum esse — chorus I dicit — Dionysum celebrare cantu. Ipsa enim Pieris dea primum ac regium quasi locum attribuit cantui, cum tibiae partes secundas tantum habere debeant, ita ut ministerium faciant illi reginae. Tibicen adesse et aspirare debet canenti.[1]) (Cf. infra de vocibus Πιερίς, χορευέτω, ὑπηρέτας).

vs. 8 sq. κώμῳ μόνον θυραμάχοις τε πυγμαχίαισι νέων θέλει παροίνων ἔμμεναι στρατηλάτας.

Nam tibiae regnare debent non in choris, sed, ubi tibiarum strepitus delectat, i. e., ubi iuvenes ebrii tumultuantur, puellarum fores effringunt, pugnis inter se rixantur, tali clamori tibiarum sonus est adaptatus.

Re vera antiquissimis temporibus tibiis canebatur, ubi clamor erat. Ad tibiarum sonum iuvenes ad certamina et ad pugnas ibant.[2])

---

[1]) Similes loci ad vs. 6:

Il. ν. 731: ἔδωκε θεὸς κίθαριν καὶ ἀοιδήν.

Hes. Theog. 22 sq.:

αἵ (sc. θεαὶ) νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν,
ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὕπο ζαθέοιο.

Hes. Theog. 48:

ἀρχόμεναί θ' ὑμνεῦσι θεαὶ λήγουσαί τ' ἀοιδῆς. (vers. inc.)

Hes. Scut. 205 sq. θεαὶ δ' ἐξῆρχον ἀοιδῆς
Μοῦσαι Πιερίδες, λιγὺ μελπομένῃς εἰκυῖαι.

Pind. Ol. X, 93 sqq. :

τὶν δ' ἁδυεπής τε λύρα
γλυκύς τ' αὐλὸς ἀναπάσσει χάριν·
τρέφοντι δ' εὐρὺ κλέος
κόραι Πιερίδες Διός.

Pind. Isthm. I, 65. εὐφώνων πτερύγεσσιν ἀερθέντ' ἀγλααῖς Πιερίδων.

Eur. Med. 831 sq.:

ἐννέα Πιερίδας Μούσας λέγουσι ξανθὰν ἁρμονίαν φυτεῦσαι.

[2]) Longius de hoc tibiarum usu disseruit H. Flach, l. l. vol. I, p. 64; 65; 68, ubi complures scriptorum Graecorum, qui ad hanc rem attinent, loci sunt compositi.

Paus. VI, 14, 10. δῆλα δὲ ὅτι καὶ ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ Ὀλυμπίασιν ἐπηύλησεν [ἑξάκις] τῷ πεντ' ἄθλῳ . . . .

Schol. Pind. Pyth. II, 127: ὁ δὲ Ἐπίχαρμος τὴν Ἀθηνᾶν φησι τοῖς Διοσκούροις τὸν ἐνόπλιον νόμον ἐπαυλῆσαι, ἐξ ἐκείνου δὲ τοὺς Λάκωνας μετ' αὐλοῦ τοῖς πολεμίοις προσιέναι. (Cf. Ps. Plutarch. de mus. 26.) Pompam nuptialem iuvenes comitabantur tibiis canentes. Il. XVIII, 491 sqq.

ἐν τῇ μέν ῥα γάμοι τ' ἔσαν εἰλαπίναι τε,
νύμφας δ' ἐκ θαλάμων δαΐδων ὕπο λαμπομενάων
ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ, πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει·
κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
αὐλοὶ φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον·

Quas iuvenum pompas poeta versu 8 sq. significet loci sequentes illustrent: Hes. Sc. 280 sq.

αἳ δ' ὑπὸ φορμίγγων ἄναγον χορὸν ἱμερόεντα.
ἔνθεν δ' αὖθ' ἑτέρωθε νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλοῦ.

Theogn. 1063 sqq.

Ἐν δ' ἥβῃ πάρα μὲν ξὺν ὁμήλικι πάννυχον εὕδειν,
ἱμερτῶν ἔργων ἐξ ἔρον ἱέμενον·
ἔστι δὲ κωμάζοντα μετ' αὐλητῆρος ἀείδειν.

Plat. Theaet. p. 173 D. σύνοδοι καὶ δεῖπνα καὶ σὺν αὐλητρίσι κῶμοι.

vs. 8 κωμῶν A. P. κώμων C. V. L. Hoc loco aut dat. sing. aut dat. plur. scribendus est. Quod κώμῳ lenissima mihi esse emendatio videtur, hoc scripsi.

πυγμαχίασιν ἐὼν θέα εἰς VL; πυγμαχίασιν εων θεα εἰς A; πυγμαχίασιν ἐων θέα εἰς P; πυγμαχίασιν ἔων θέα εἰ B; πυγμαχίαισιν νέων θέα ep. Hoesch; πυγμαχίαι σινέων θέα C. Dobree restituit πυγμαχίαισι νέων, quod editores receperunt. Wilam. scripsit θέλοι, quem est secutus Girard. θέλει malim duobus causis commotus. Optativus, qua forma desiderium chori I exprimeretur, mirus esset in hoc sermone concitato, multo aptius est indicativi (praesentis) forma, qua, quomodo res re vera se habeant, exprimatur. Accedit, quod in omnibus fere codicibus E litera servata est in syllaba ultima, qua re θέλει videtur restituendum.

vs. 10 sq. παῖε τὸν φρυναίου
ποικίλον πνοὰν ἔχοντα.

„Discute tibias, quae versicoloris ranae spiritum habent."

Apertum est his versibus chorum I tibias significare; nam iam versibus praecedentibus 6—9 de tibiis dicit, item versibus 12 sqq.

Oritur quaestio, quis sit, cui chorus I imperat, ut tibias discutiat. Dionysum ipsum vs. 16 demum invocat. Itaque non errare videmur putantes chorum I his versibus satyros, i. e. se ipsum vel singulos chori ipsius choreutas instigare atque incitare.

Post Kaibelii editionem Athenaei P. Girard denuo lectionibus horum versuum inspectis (cf. Girard l. l. p. 134, ann. 2) invenit Marcianum (A) optimum codicem habere *παῖε τὸν φρυναίου ποικίλου πνοὰν ἔχοντα.* Ergo ceterorum codicum lectio *παῖε τὸν φρυναίου ποικίλου προανέχοντα* iam a primo falsa esse videtur. *Πνοὰν ἔχοντα*, quod receperunt Hartung, Kaibel, Girard, Crusius, Wilamowitz alii, optima est lectio. *Πνοά* dicitur de ventis, cf. Aesch. Prom. 88 *ταχύπτεροι πνοαί;* de igne cf. Eur. Tro. 815 *πυρὸς φοίνικι πνοᾷ*, de instrumentorum vocibus Pind. Nem. 3, 137: *Αἰολῇσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν.* Itaque compositio vocabulorum *φρυναίου πνοά* nihil miri habet. Coniecturarum, quibus hic locus est tentatus, Bergkii tantum commemorem, qua nomen *Φρυγός* his versibus intulit. Re vera hoc nomen aptissimum esset, si codices id haberent. Nam hac voce opponerentur Doriis (versus ultimi) Phryges, unde tibiae in Graeciam venerant.

At lectio tradita est servanda, quia optima est. Primo quidem obtutu, quid poeta verbis *πνοὰ ποικίλου φρυναίου* dicere velit, non satis comprehendimus. Sed difficultas facillime solvitur, si componimus cum his verbis id, quod poeta dixit versu 5. Illo enim versu cantus hominum comparatur cum pulcherrimo cycnorum morientium cantu. Hic tibiarum voces (cf. *αὐλός* in v. 6) nominantur *φρυναίου ποικίλου πνοά;* itaque apertum est poetam hic tibiarum sonum comparare cum ranarum raucis vocibus.[1])

---

[1]) U. de Wilamowitz, Comm. grammat. I, Greifsw. 1879, p. 6 ad hunc Pratinae locum scripsit: „. . . . summi poetae absurdum flatum claris vocibus ita opponere Pratinas quid omnino tum hac comparatione voluerit, nihil melius illustrat quam Aristophanearum ranarum chorus, qui proterve

Pro *φρυναίου* (vs. 10), quod est traditum (quod servarunt Hiller-Crusius), scripserunt Emperius Kaibel *φρυνίου*, Girard *φρυνέου*. Sed cum Hill.-Crus. puto lectionem traditam esse servandam. Illud argumentum haud multum valet, quod vox *φρυναῖος* alibi non exstat. Accedit, quod complures formae vocis, qua rana significatur, traditae sunt. *φρῦνος*, cf. Plut. Mor. p. 537 A; *φρύνη* Aristot. de partt. anim. 3,12; Theophr. frg. 175 *τῆς φρύνης φάρμακα; φρυνέος* Etym. Magn. *Δηλονότι φρῦνος· φρυνέος, πλεονασμῷ τοῦ Ε· εἶδος βατράχου·* Itaque mea quidem sententia mirum non est, quod apud Pratinam occurrit forma *φρυναίου*.

vs. 12 sqq. *φλέγε τὸν ὁλοσιαλοκάλαμον*
λαλοβαρυόπα παραμελορυθμοβάταν θ',
ὑπαὶ τρυπάνῳ δέμας πεπλασμένον.

Chori ira magis magisque augetur, adeo ut non iam voces usitatas adhibeat; ira ei convicia suggerit nova.

Combure tibias — chorum I satyris sui ipsius chori imperantem poeta fingit — quae salivae plenae sunt, tibias garrulas, quae rhythmos cantus praetergrediuntur; incende tibias, quae sunt factae tornatorum machina; nam hac de causa illum versicolorem pulcherrimum cantum edere non possunt quem homines.

Vs. 12 traditum est in codice A *ὁλοσίαλον κάλαμον*; VL *ὀλοσιαλοκάλαμον*; Steph. *ὀλεσιαυλοκάλαμον*; P *ὁλοσιαλοκάλαμον*. Bergk scripsit *ὀλεσισιαλοκάλαμον*.. Quam lectionem receperunt Wilam. Crus. Kaibel. At equidem puto lectionem traditam codicis P *ὁλοσιαλοκάλαμον* esse servandam. Nam huius vocis sententiam esse meliorem quam illam vocabuli *ὀλεσισιαλοκάλαμον* iam Michelangeli l. l. p. 8 sq. cognovit: „poichè maggiore efficacia comica ha il chiamare il flauto canna tutta saliva che canna rovina-saliva.“ Accedit, quod in Eustathii commentario p. 1165, 27 eandem formam traditam inveni . . . *κάλαμος δὲ αὐληταῖς, ὅθεν καί τις φαύλως αὐλῶν ὀλοσιαλοκάλαμος ἐσκώφθη*. Etiam rei metricae haec forma est apta

---

coaxat, quoad remigis celeritas *κελευστοῦ* halitum superat. Ac Stygiae quoque paludis incolam Musae Pan Apollo amarunt *ἕνεκα δόνακος ὃν ὑπολύριον ἔνυδρον ἐν λίμναις τρέφει.*“ Cf. de hoc loco praeterea Michelangeli l. l. pars V, p. 7 sq.; Bergk l. l. p. 558.

(Cf. p. 47 sq.). Vs. 13. Codicum lectiones hae sunt: Optimus cod. A habet *λαλοβαρυοπαραμελορυθμοβαταν*, item PVL; E *λαλοβαρυπαραμελορυθμοβαταν*. Quid poeta hoc loco scripsit? Lectiones traditas integras non esse apparet. Id apertum esse videtur, ut versu praecedente ita hoc versu poetam convicia scripsisse. Syllabam unam vel complures excidisse ratus Kaibel recepit *λαλοβαρύοπα* · · · *μελορυθμοβάταν*; Wilam. nihil excidisse ratus syllabas *βαρυ* · · · mutavit in ⟨*βραδυπα*⟩*ραμελος*; hoc modo vox oritur, quam componas cum *βραδυπευθής* (qui tarde auditur), *βραδυπειθής* (qui tarde sibi persuaderi sinit). At adiectivum *βραδύς* hic omnino est ineptum, ubi omnia vivacia sunt. Ingeniose Bergk emendavit *λαλοβαρύοπα παραμελορυθμοβάταν*. Neglegentia eorum, qui codices scripserunt, semel syllaba *πα-*, quae bis occurrit, facillime excidere poterat. Quae lectio optime rei metricae est adaptata. (Cf. p. 48.)

v. 14. Initio huius versus *θυπα* est traditum. Wilam. putat hoc loco substantivum scriptum fuisse; scripsit *θῶπα* (i. e. *κόλαξ*), quod recepit Kaibel. Hoc recte, ut puto, reiecit Girard, l. l. p. 136 dicens: „(Cette) coniecture a le tort d'introduire dans le morceau une idée morale qui n'y a que faire.“ Girard proposuit *σῆπα* (i. e. serpentem). Addit: „Pratinas était donc sûr d'être compris en comparant la flûte à cette bête malfaisante, qui n'est même pas, ici, en chair et en os (*τρυπάνῳ δέμας πεπλασμένον*), ajoutant par là le ridicule à la répugnance et à la crainte qu'inspirait son seul nom.“ Quae explicatio mihi inepta esse videtur. Equidem puto Bergkii emendationem *θ᾽ ὑπαί* rectam esse, quae facillime e codicum lectione restitui possit, cum *ι* litera tantum sit addenda. Girardi vero lectio postulat, ut duae literae cum aliis literis commutentur.

Breviter dicam nonnulla de vocabulis complurium vocum compositione formatis, quae hoc Pratinae loco occurrunt.

vs. 12. *ὁλοσιαλοκάλαμον*, i. e. tibiae saliva completae.

vs. 13. *λαλοβαρύοπα*, i. e. garrulus. *παραμελορυθμοβάταν*, i. e. cantici rhythmos praetergrediens.

Aristoteles huius generis voces imprimis dithyrambis esse aptas dicit Poet. 22. *τῶν ὀνομάτων τὰ διπλᾶ μάλιστα ἁρμόττει τοῖς διθυράμβοις.* Re vera Philoxenus et Timotheus huius generis vocabula habent, quorum nonnulla afferam:

Philoxenus:[1]) Δειπν. III, 11 ἐγκαιακνακομιγές; 12 πυρβρομολευκερεβινθο(ξάνθωμ'); 13 sqq. ἀμπυριχηριοδηστίχας ..... σταιτινοκογχομαγής ...[2])[3])

Timothei nova vocabula longa Wilam.[4]) affert: μουσοπαλαιολύμας; καταχυμοταχής; μελαμπεταλοχίτων alia.

Sed constat iam carminum Homericorum poetas re metrica coactos nova composita vocabula finxisse. Nuper Kurt Witte longius de hac re disseruit.[5]) Multorum exemplorum, quae ex carminibus Homericis collegit huc spectantium, nonnulla afferam:

ἀκριτόφυλλον; ἀλφεσίβοιαι; ἀμφιμέλαιναι; ποικιλόβουλος; ποικιλόδειρος aliaque multa. Hanc rationem poetae lyrici secuti sunt. Solo haec habet ἅπαξ εἰρημένα: Σαλαμιναφέτης; λιγυαιστάδης; ἀδικησίφιλος.

Pindarus multas novas compositas voces formavit; quorum nonnulla tantum colligam:

Olymp. I, 61 (59) ἐμπεδόμοχθος; Pyth. IV, 282 ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ; Pyth. I, 16 ἑκατοντακάρανος; frg. 93, 2 Τυφῶν' ἑκατοντακάρανον; frg. 282 (110) ἑκατοντόργυιος.

Aristophanem voces compositas multas finxisse notum est.

Pratinas verba composita finxit, quod compluribus brevibus syllabis ei opus erat, quibus versus proceleusmaticos et trochaeos solutos impleret.

vs. 15 sq. ἢν ἰδού · ἅδε σοι δεξιᾶς
καὶ ποδὸς διαρριφά, θριαμβοδιθύραμβε.

„Aspice nunc benigne, Dionyse, meam dexterae et pedum disiectionem."

Ira chori I paulatim diminuitur; non iam chorum illum aggreditur, neque in illius instrumentum, tibias, invehitur, sed

---

[1]) Cf. U. de Wilamowitz, Textgeschichte der griech. Lyriker. Abh. d. kgl. Ges. d. Wiss. Gött.-Berl. 1901, p. 86 sq.

[2]) Cf. vocabula ἐγγαστριμάχαιρα Hippon. 80, 2; φαυλεπίφαυλος Demod. 5, 4; χρυσελεφαντηλέκτρους Mamercus 1.

[3]) Hic poeta non re metrica coactus haec verba formavit composita, sed ea de causa, quod omnes ciborum partes uno vocabulo exprimere voluit.

[4]) Wilamowitz, Timotheus Perser, Lpz. 1903. p. 45 sq.

[5]) Kurt Witte, Zur homerischen Sprache. IX. Der Einfluss des Verses auf die Bildung von Composita. Glotta 1911. vol. III, 2. Cf. Kühner-Blass, Griech. Gramm. II, p. 311 sq.

ad Dionysum ipsum se convertit, qui est summus saltationum dominus. Hoc clare demonstrat invocatio *θριαμβοδιθύραμβε*. A deo petit, ut chorum II neglegat, suam saltationem clementer adspiciat. Chorum I de se ipso his versibus dicere e voce *ἅδε* et e versu 17 (*ἄκουε τὰν ἐμὰν . . . χορείαν*) concludo.

At quid sibi velint verba *ἅδε σοι δεξιᾶς καὶ ποδὸς διαῤῥιφά* quaerimus.

Traditum est *δεξιά*, quam lectionem Bergk, Kaibel, Hiller-Crusius receperunt. Nescio quo modo hi v. d. locum hac ratione scriptum interpretati sint. Nam vocem *καί* hoc modo explicari non posse equidem puto. Itaque aliam viam ingrediar, qua Bamberger primus usus est, quem praeter alios Girard secutus est. Bamb. mutavit *δεξιά* in *δεξιᾶς*. Qua lenissima emendatione difficultas statim solvitur. Nam nunc *ἅδε δεξιᾶς καὶ ποδὸς διαῤῥιφά* significat „haec dexterae et pedis (vel pedum) disiectio". Quae sententia huic loco est aptissima. Poeta chorum I nunc demum suam saltationem proferentem fingit, quae non solum e pedum motibus constat, sed etiam e bracchiorum gesticulationibus. Maur. Emmanuel accuratissime duobus libris in Graecorum saltationem inquisivit; multa exempla illius saltationis collegit. In altero libro [1]) complures veterum scriptorum locos composuit, qui illud demonstrant, quorum nonnulla afferam:

θύρσον αἴρειν ἐν δεξιᾷ καὶ ἅμα δεξιῷ ποδί (Eurip. Bacch. 943).
ἄνω καὶ ἔνερθε χεῖρα τινάσσειν (Nonnus, Dionys. 19, 107).
χεῖρας ἑλελίζειν ἀμοιβάδα (Nonn. Dion. 46, 119.)

Idem vir d. in altero libro [2]) cum aliorum hominum tum satyrorum figuras nobis servatas depinxit, quae saltandi rationem,

---

[1]) Mauritius Emmanuel, De saltationis disciplina apud Graecos. Parisiis 1895. pars II, De motibus; VIII, Bracchiorum manuumque *φοραί*. Cf. Herm. Buchholtz, Die Tanzkunst des Euripides. Lpz. 1871. II, 1. Hände und Füsse. p. 14—27.

[2]) Maurice Emmanuel, Essai sur l'Orchestique Grecque, Paris 1895. P. 302 Emmanuel de Dionysi saltationibus dicit:

„Les danseurs pleins d'enthousiasme qui s'agitent en l'honneur de Rhéa, de Dionysos, de Zagreus ou d'Atys, puisent au fonds commun des mouvements et des gestes de l'orchestique grecque, mais dans leur délire liturgique ils les amplifient jusqu' à les dénaturer, et ils vont au delà du grotesque: ils tombent dans de véritables crises." (fig. 579)

qua pedes et manus disiciuntur, optime nobis ante oculos ponunt. Conferas imprimis velim fig. 275, 276 (satyri), 576 (ubi circum Dionysi aram saltatur), 577, 578, 579.

Et vox θρίαμβος et διθύραμβος erant Dionysi cognomina. (De his vocibus cf. infra de serm.) Eur. Bacch. 526 Ἴθι, Διθύραμβε . . . . ὦ Βάκχιε. Athen. I, p. 30 B haec Dionysi cognomina affert: τιμᾶται δὲ παρὰ Λαμψακηνοῖς ὁ Πρίηπος ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διονύσῳ, ἐξ ἐπιθέτου καλούμενος οὕτως, ὡς Θρίαμβος καὶ Διθύραμβος.

vs. 17. κισσόχαιτ᾽ ἄναξ, ἄκουε τὰν ἐμὰν Δώριον χορείαν.

„Hederate domine — chorus deum implorat — respice clementer meam saltationem Doricam."

Similis Dionysi invocatio invenitur apud Aristoph. Thesm. 997 κισσόφορε Βάκχειε δέσποτ᾽.

Versu ultimo Δώριος χορεία opponitur tibiarum vocibus.[1]) Item Telestes in carmine, quod supra (p. 26) attuli, tibias musicae Doricae opposuit:

ἢ Φρύγα καλλιπνόων αὐλῶν ἱερῶν βασιλῆα,
Λυδὸν ὃς ἅρμοσε πρῶτος
Δωρίδος ἀντίπαλον μούσας νόμον αἰόλον ὀμφᾷ.

Complectamur brevi, quae didicisse videmur: Chorum satyrorum ad locum quendam venientem facit poeta, ubi in Dionysi honorem saltatur. Ibi chorum alterum invenit, qui a ratione antiquiore saltandi, canendi, tibiis cantandi secessit. Ira impulsus vehementer in hunc chorum, quem adesse poeta simulat, invehitur, tibias ut confringat vel comburat se ipsum adhortatur; denique Dionysum implorat, ut suum vere Doricum cantum et saltationem benigne respiciat.

Ergo Pratinas his versibus accedit ad eorum contemporaneorum poetarum rationem, qui tibiarum polyphoniam, novam saltandi cantandique rationem respuebant, vetustum Doricum cantandi modum unice dignum esse censebant, quo Dionysus celebraretur.

Iam eo ventum est, ut diiudicare conemur, quo in poesis genere hoc Pratinae carmen sit habendum. Primus K. O. Müller

---

[1]) De hac re cf. etiam Wilamowitz, Ein altattisches Epigramm, Hermes XX (1885), p. 64.

verisimile sibi videri dixit hos versus partem esse fabulae cuiusdam satyricae.[1])

Quam ad sententiam alii quoque accesserunt v. d., quorum nomina in annot. componam. Equidem illos v. doctos sequor, qui hos versus carmen integrum esse censent.

A primo vix possumus diiudicare, utrum hoc carmen sit perfectum necne. Sane sententiae carminis non flagitant, ut complura sequantur. At hac re hos versus esse carmen integrum non demonstratur. Fieri potest, ut etiam in carmine aliquo maiore (sc. in fabula tragica vel satyrica) chori carmen inveniatur, cuius sententia omnino esse perfecta videatur.

Attamen verisimile est carmen esse perfectum his de causis:

1. Huic carmini apud Athenaeum praescriptum est: *ὁ Πρατίνας ἐμφανίζει διὰ τοῦδε τοῦ ὑπορχήματος.* Quid vox hyporchematis apud Athen. significet, ex Athen. p. 631 C videmus, ubi legitur *ἡ ὑπορχηματική ἐστιν ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται;* similiter Procl. 246: *ὑπόρχημα τὸ μετ᾽ ὀρχήσεως ᾀδόμενον μέλος.* (Cf. Plut. conv. quaest. p. 748 A.) Quibus ex locis sequitur, ut hyporchematis voce cum alii scriptores tum Athenaeus carmen perfectum significarit. Omnino est reicienda sententia eorum, qui putant Athenaeum illa voce fabulae satyricae chori carmen significasse.

2. Supra (p. 8) explanatum est omnes locos Athenaei a p. 616 E usque ad p. 618 A ex uno eodemque esse sumptos libro. Melanippides, Telestes, Pratinas hoc loco de tibiarum cantu dicentes afferuntur. Itaque apertum mihi videtur Pratinae hoc carmen fuisse eiusdem fere generis atque illa Melanippidis et Telestis carmina. Scimus hos poetas nullas fabulas satyricas

---

[1]) K. O. Müller, Kleine deutsche Schriften, Breslau 1847, vol. I, p. 519. Idem, Geschichte der griech. Literatur, [2]Breslau 1857, vol. II, p. 39. Praeter Müller putant hoc carmen fuisse scriptum in dramate quodam satyrico: Fr. Blass, Neue Jahrb. f. kl. Phil. 137 (1888), p. 663. P. Girard, Mélanges H. Weil. 1898, p. 131 sqq. Michelangeli, Frammenti . . . l. l. p. 4 sq. Hoc carmen esse hyporchema integrum censent: Wilamowitz, Ein altatt. Epigramm, l. l. idem, Comment. gramm. l. l. Flach, Gesch. der griech. Lyrik, p. 663. Th. Bergk, Griech. Literaturg. p. 263. Crusius, P. W. R. E. s. v. „Dithyrambus", p. 1223. Hiller-Crusius, Anthol. lyr. p. LXI sq.

composuisse. Itaque hoc Pratinae quoque carmen ut illorum poetarum erat chori carmen sc. hyporchema.

3. Accedit, quod nullum fragmentum, quotquot sunt de certamine illo auletico, est sumptum e fabula satyrica.

4. Hiller-Crusius (Anth. lyr. LXII) monuit neque in fabulis tragicis neque in satyricis reperiri locos, quibus simili ratione de musica disputetur. At apud lyricos similes versus inveniuntur. Affert Simonid. 14:

ἀπέλαστον ἵππον ἢ κύνα
Ἀμυκλαίαν ἀγωνίῳ
ἐλελιζόμενος ποδὶ μίμεο, καμπύλον μέλος διώκων.

item carm. 15 et 16:

ῥῶσαί νυν ἐλαφρὸν ὄρχημ' ἀοιδᾷ ποδῶν μιγνύμεν·
Κρῆτά μιν καλέουσι τρόπον, τὸ δ' ὄργανον Μολοσσόν.

Blass l. l. illa Marii Victorini II, 11 verba, quae sunt in capite De metro Proceleusmatico (Keil, Grammatici Latini VI, Lpz. 1874, p. 99) attulit, ut confirmaret sententiam suam hoc Pratinae carmen esse initium cuiusdam fabulae satyricae: „hoc metro veteres satyricos choros modulabantur, quod Graeci *εἰσόδιον* ab ingressu chori satyrici appellabant, metrumque ipsum *εἰσόδιον* dixerunt."

Sed Cyclopis initium, quae est unica nobis servata fabula Graecorum satyrica, non est formatum proceleusmaticis neque illo Victorini loco hyporchemata ab eiusmodi metris initium capere negatur.

Quae cum ita sint, mihi quidem apertum videtur, hoc carmen esse hyporchema[1]) perfectum. Tamen fateamur necesse est huius carminis sententias esse eiusmodi, ut huius generis alterum exemplum inter carmina melica non invenias. Accedit, quod, quamquam — ut est demonstratum — hoc carmen non sumptum videtur esse e fabula satyrica, tamen complures similitudines inter Cyclopem Euripidis et hoc carmen nos monent putare hoc carmen rationem aliquam habere cum fabulis satyricis. Huc spectat, quod hic Dionysi chorus compositus est e *σατύροις* vel *τράγοις:* huc spectant Dionysi invocationes, quas ut in Cyclope invenimus ita in Pratinae carmine. Accedunt nonnullae sententiae inter se similes.

[1]) Voce „hyporchema" cantum integrum significo, ad quem saltat-

Cycl. vs. 620. *φιλοκισσοφόρον Βρόμιον.*
(Cf. Pratinae carm. vs. 17.)
Cycl. vs. 429 sq.:

φεύγειν ἄμικτον ἄνδρα καὶ τὰ Βακχίου
ναίειν μέλαθρα Ναΐδων νυμφῶν μέτα.[1])

(cf. Pratinae carm. vs. 4 sq.)

Etiam figurarum, e quibus vivacitas qua utitur in canendo et saltando chorus satyrorum elucet, quaeque in Pratinae carmine frequentes sunt, permultae exstant in Cyclopis fabula.

Nonnullas afferre libet.

Iteratio pronom. interrog.:

Prat. vs. 1 sq. *τίς ὁ θόρυβος ὅδε;*
τί τάδε τὰ χορεύματα;
τίς ὕβρις ἔμολεν . . .

Cycl. vs. 203 sq. *τί τάδε; τίς ἡ ῥαθυμία;*
τί βακχιάζετ᾽;
vs. 210. *τί φατε; τί λέγετε;*

Geminationis figura:

Prat. vs. 3. *ἐμὸς ἐμὸς ὁ Βρόμιος·*
Cycl. vs. 49. *οὐ τᾷδ᾽ οὔ, οὐ τᾷδε νεμῇ . . .*
Cycl. vs. 65. *ἴακχον ἴακχον ᾠδάν . . .*
Cycl. vs. 488. *σίγα σίγα.*

Anaphorae figura:

Prat. vs. 3. *ἐμὲ δεῖ κελαδεῖν,*
ἐμὲ δεῖ παταγεῖν . . .
Cycl. vs. 41/43. *πᾷ μοι γενναίων πατέρων . . .*
πᾷ δή μοι νίσῃ σκοπέλους;

Praeterea cf. Prat. vs. 10, 12 *παῖε . . . . φλέγε* cum Cycl. 657 sqq. *ὠθεῖτε, σπεύδετε,*
ἐκκαίετε τὰν ὀφρύν
. . . .

---

[1]) Item nymphae Bacchi ministrae nominantur in fragmento primo dramatis satyrici, quod legitur in vol. VIII operis quod inscribitur: The Oxyrhynchus Papyri, London 1911. Nr. 1083, p. 60 sqq.

vs. 6 sq. *νυμφίοι μὲν ἥ[κομε]ν,*
παῖδες δὲ νυμφῶν, Βακχίου δ᾽ ὑπηρέται.

τύφετ' ὤ, καίετ' ὤ
τὸν Αἴτνας μηλονόμον.

Accedit quod versus Cyclopis 63 sqq. Pratinae carminis sunt aliquo modo similes.

οὐ τάδε Βρόμιος, οὐ τάδε χοροὶ
Βάκχαι τε θυρσοφόροι,
οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοὶ
κρήναις παρ' ὑδροχύτοις,
οὐκ οἴνου χλωραὶ σταγόνες
οὐδ' ἐν Νύσᾳ μετὰ Νυμφᾶν
ἴακχον ἴακχον ᾠδὰν . . . .

Ex iis, quae contuli, mea quidem sententia apparere videtur rationem quandam interesse inter Pratinae carmen et Euripidis Cyclopem i. e. fabulam satyricam. Sed cum supra sit demonstratum hoc carmen non esse sumptum e fabula quadam satyrica, nihil restat nisi ut putemus hoc hyporchema esse habendum inter illos τραγικοὺς χοροὺς, e quibus postea diverbiis additis „fabulae satyricae", quae dicuntur, ortae sunt.[1])

In Peloponneso eiusmodi χοροὺς τραγικοὺς iam ante Pratinam fuisse nonnulla testimonia scriptorum Graecorum satis certo demonstrant.

Sub voce Ἀρίων Suidas haec habet: Ἀρίων, Μηθυμναῖος, λυρικός, Κυκλέως υἱός, γέγονε κατὰ τὴν λη' ὀλυμπιάδα. . . . λέγεται καὶ τραγικοῦ τρόπου εὑρετὴς γενέσθαι, καὶ πρῶτος χορὸν στῆσαι, καὶ διθύραμβον ᾆσαι, καὶ ὀνομάσαι τὸν ᾀδόμενον ὑπὸ τοῦ χοροῦ, καὶ Σατύρους εἰσενεγκεῖν ἔμμετρα λέγοντας.

Cum v. d. dubitassent, an hoc Suidae testimonium verum non sit (cf. infra p. 44 sq.), hic nuntius confirmatur loco nuper reperto, quem edidit Hugo Rabe: Aus Rhetoren-Hand-

[1]) Iam Bernhardy sensisse videtur huic Pratinae carmini inesse quandam rationem cum fabulis satyricis; qui v. d. scripsit in Grundriss der griech. Literatur, ³1877, vol. II, p. 629:

„Den Abschluß macht Pratinas, ihr (sc. hyporchematum) letzter Vertreter, der das Satyrspiel schuf oder das Hyporchem zum untergeordneten dramatischen Schwank übergehen ließ."

Quem v. d. secutus — opinor — dixit Hartung vol. IV, p. 175 sq.:

„Außerdem hat Pratinas das Hyporchem am meisten gepflegt, bei welchem es eins mit dem Satyrdrama gewesen sein mag."

schriften; Nr. 5: Des Diakonen und Logotheten Ioannes Commentar zu Hermogenes *περὶ μεθόδου δεινότητος*. Rh. Mus. 63 (1908), p. 150: *Τῆς οὖν κωμῳδίας οὕτως εὑρεθείσης, ἵνα μὴ πάντη διάχυσις γένηται, τὴν τραγῳδίαν εὑρήκασι, ... ἄμφω δὲ παρ' Ἀθηναίοις ἐφεύρηνται, καθάπερ Ἀριστοτέλης φησί· . . . . . τῆς δὲ τραγῳδίας πρῶτον δρᾶμα Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος εἰσήγαγεν, ὥσπερ Σόλων ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Ἐλεγείαις ἐδίδαξε.*

Haec verba docent Solonem in elegia quadam verba fecisse de Arionis saltationibus choricis, quarum actores erant *τράγοι*.

Ergo duabus, ut ita dicam, viis ad nos pervenerunt testimonia antiquitatis Arionem *χοροὺς τραγικοὺς* finxisse. Quare quin hi nuntii veri sint dubitari non potest. Accedit illud, quod iam Solo de his Arionis choris in elegiis dixit. Solonem autem illum virum sapientissimum atque accuratissimum falsa narrasse equidem non puto.

Nunc vero apertum fit loco illo Herodoti V, 67 tales *χοροὺς τραγικοὺς* significari: *τά τε δὴ ἄλλα οἱ Σικυώνιοι ἐτίμων τον Ἄδρηστον καὶ δὴ πρὸς τὰ πάθεα αὐτοῦ τραγικοῖσι χοροῖσι ἐγέραιρον, τὸν μὲν Διόνυσον οὐ τιμῶντες, τὸν δὲ Ἄδρηστον.*

Dieterich[1]) ad hunc locum recte scripsit: „Wird noch jemand die Überlieferung von den *τραγικοὶ χοροί* des Adrastos in Sekyon, die Kleisthenes dem Dionysos *ἀπέδωκε*, auf „tragische Chöre" im Sinne der ausgebildeten Tragödie und ihrer tragischen Chöre verstehen wollen und nicht als „Bockschöre"? In dem, was wir von Arion hören, vereinigt sich, was Aristoteles leider so kurz hinstellt: er wird als *ἐξάρχων*, ähnlich wie Archilochos, seinem Chore gegenüber gestanden haben, aber der bestand aus *τράγοι*, mit allgemeiner Bezeichnung *σάτυροι*."

Quamquam illa argumenta multum valent — ut equidem puto — tamen nonnulli v. d. hos nuntios falsos esse existimabant. Quod, quae Suidas tradidit, non satis dilucida atque clara videantur, illud Suidae testimonium Reisch refellit.[2]) Herodoti autem testimonio „tragoediae" choros significari idem Reisch dixit. (Cf. Crusius, P. W. R. E. II, 1 (1895), s. v. Arionis

[1]) Albr. Dieterich, Die Entstehung der Tragödie, Archiv f. Religionsw. XI (1908), p. 170.

[2]) E. Reisch, Festschrift f. Gomperz, 1902, p. 451 sqq.

p. 839 sqq.). Quorum virorum commentationes neglegendas esse puto, quia iis commentarius a Rabe editus nondum erat notus. Post illum commentarium Ioann. ad Hermogenem editum de illis locis dixerunt, quod sciam, Schmid,[1] Dieterich l. l., Kroll,[2] M. P. Nilsson.[3] Schmid locos Suidae et Herodoti refellit nescio qua de causa; argumenta nova non attulit. Kroll item locos illos nil veri continere putat. Scripsit: „Ich lasse absichtlich die Korinthischen Dithyramben des Arion und die *τραγικοὶ χοροί* in Sicyon beiseite; jene, weil die Notiz des Suidas unklar ist (auch nach Rabes Anecdoton Rh. Mus. 63, 150.)".[4]

Sed quoniam hi v. d. argumenta, quae contrariam fulcirent sententiam, nulla protulerunt, cum Dieterich illis testimoniis fidem habendam esse puto.

Ergo apertum esse videtur in Peloponneso illis temporibus, cum Pratinas carmina facere coepit, *τραγικοὺς χορούς* fuisse; quorum unicum, quod nobis servatum est exemplum mihi quidem videtur esse Pratinae illud choricum carmen, de quo fusius egimus.

Optime cum hac opinione concinit Pratinae aetas; nam saeculo sexto a. Chr. n. exeunte fabulae saryricae vel tragicae e choris tragicis formatae esse videntur.

Denique de re metrica huius carminis agam. Qua de re scripturi semper cogitare debemus etiam musicam permultum valuisse ut in omnibus choricis carminibus ita in hoc hyporchemate. At cum musicae Graecorum omnino nihil sciamus, ut Wilamowitz dixit,[5] de rhythmis horum versuum sum dicturus.

---

[1] Schmid, Gesch. der griech. Litteratur. [5]1908, p. 205 ann. 3; p. 266 ann. 2.

[2] Kroll, Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen 1909, p. 233 ann. 1.

[3] Nilsson, Neue Jahrbb. 1911, p. 611, ann. 1 illum Ioannis commentarii nuntium refellere studuit ratus illo testimonio „tragoedias" significari, quod equidem falsum esse censeo, ut supra ostendi.

[4] Tamen choros in Peloponneso ortos esse Kroll l. l. censet dicens: „Dorischer Ursprung der Chöre steht aber fest, nur sollte man nicht den „dorischen" Dialekt der Chorlieder dafür ins Feld führen."

[5] U. v. Wilam. Timotheus Perser. 1903, p. 79: „Solche Widersprüche, die sich leicht vermehren lassen, die zu lösen aber unsere vollkommene Unbekanntschaft mit der alten Musik verwehrt."

Poeta strophica ratione usus non est. Mirum igitur non est, quod unusquisque v. d., qui hoc carmen reparare aut rem metricam describere conatus est, alia ratione hac in re progressus est.

Hartung[1]) hoc carmen divisit in ἀναβολάς.[2])

W. Christ[3]) sub inscriptione „Trochaeisches Tanzlied“ carmen descripsit et composuit cum Aristoph. Lys. 1279—1294, cum Eur. Cycl. 356—74, cum aliis versibus Aristophanis. Christ ipse dicit hanc suam descriptionem esse valde incertam.

Rossbach[4]) in capite quod inscribitur „Dactylo-Trochaeen“ hos versus attulit; qui v. d. similiter ac Christ versus descripsit.

Bergk[5]) mea quidem sententia primus rem metricam accuratius quam ceteri cognovit. Quem novissimi huius carminis interpretes secuti sunt, U. de Wilamowitz,[6]) Michelangeli,[7]) Hiller-Crusius[8]) alii.

Ira impulsus Pratinas hoc carmen scripsit. Optime huic irae solutiones, quas sibi indulsit metrorum adaptatae sunt. Quod eiusmodi versus ante Pratinam omnino non vel raro tantum adhibiti esse videntur (traditi quidem nulli sunt), poeta vocabulis carebat, quibus solutiones explere posset. Itaque coactus erat voces novas formare. Quae vocabula sunt: Διονυσιάδα (fortasse); πολυπάταγα; ὀλοσιαλοκάλαμον; λαλοβαρυόπα; παραμελορυθμοβάταν (cf. h. comm. p. 36 sq.).

Ab initio huius carminis usque ad vocabula μετὰ Ναϊάδων metra anapaestica decurrunt, quae non dividuntur in versus syllabis ancipitibus vel catalexi. At cum metrorum fines cum sententiarum finibus congruant, versus hoc modo distingui possunt:

vs. 1. Dimetrum anapaesticum.

⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ | – ⏑́ ⏑

---

[1]) Hartung, l. l. vol. VI, p. 259 sq.

[2]) Quid sint ἀναβολαί, inquisivit O. Schröder, Vorarbeiten zur griech. Versgeschichte, Lpz. 1908, p. 17—25.

[3]) W. Christ, Metrik d. Griech. u. Röm. ²1879, p. 311 sq.

[4]) Roßbach, Spez. gr. Metrik, ³1889, in R. u. Westphal, Theorie d. mus. Künste, III, 2. p. 397.

[5]) Bergk, l. l. p. 558 sq.

[6]) Wilamowitz, Comm. gramm. l. l. p. 5.

[7]) Michelangeli, l. l. p. 2.

[8]) Hiller-Crusius, l. l. p. 273.

vs. 2. Trimetrum anapaesticum.

⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑ –́ | ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑ –́

vs. 3. Tria monometra (vel monometrum adiuncto dimetro).

⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑ –́ | ⏑ ⏑ –́ | ⏑ ⏑ –́ | ⏑ ⏑ –́

vs. 4. Dimetrum:

⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑ –́ | ⏑ ⏑ –́ | ⏑ ⏑ –́

Inde ab initio versus sequentis metrum mutatur; synaphia est usque ad finem versus 9; hi versus compositi sunt e dactylo-epitriticis metris.[1])

vs. 5. – ⏑ ⏑ – || ⏑ ⏑ – ⏑ . – ⏑ – ⏑ | – ⏑ –

vs. 6. – ⏑ – | – ⏑ – | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ ⏑ – || ⏑ ⏑ – ⏑

vs. 7. – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – –

vs. 8. – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ ⏑ – || ⏑ ⏑ – ⏑ | – ⏑ – –

vs. 9. – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – |

v. 5. Primum occurrit series dactylica, quam dimetrum esse putare licet; deinde dimetrum trochaicum (metri ultimi syllaba ultima deest, quod metrum creticum nominare solemus).

vs. 6 similiter est constructus. Duos creticos adiuncto monometro trochaico sequitur series dactylica (vel dimetrum).

vs. 7. Metrum trochaicum sequitur Creticus, claudit dimetrum trochaicum.

vs. 8. Dimetrum trochaicum et unum metrum trochaicum circumcludunt seriem dactylicam (vel dimetrum).

vs. 9. Dimetrum trochaicum.

Ergo inde a vs. 5 usque ad vs. 9 tres series dactylicae occurrunt, quas sequntur quina, sena, terna metra.

vs. 10—11. Sunt metra quattuor trochaica.

vs. 10 Dimetrum; alterius metri theses sunt oppressae.

– ⏑ – – | – –

vs. 11. Dimetrum trochaicum plenum.

– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑

vs. 12. Dimetrum iambicum, cuius prioris metri ambae syllabae longae, alterius metri prior sunt solutae.

⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ –́

---

[1]) De metrorum, quae nominantur dactylo-epitritica origine, variis formis cf. imprimis Otto Schröder, l. l. p. 81—106. Friedländer, Hermes 44 (1909), p. 321—351, ubi ceteras huc spectantes commentationes invenies allatas.

vs. 13. Dimetrum anapaesticum.

⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏑ –́ | ⏑ ⏑ –́

Sequuntur usque ad carminis finem versus iambici.

vs. 14. ⏑ –́ –́ | ⏑ –́ ⏑ –́ | ⏑ –́ ⏑ –́
vs. 15. –́ ⏑ –́ | –́ ⏑ –́ | –́ ⏑ –́
vs. 16. –́ ⏑ –́ | ⏑ –́ ⏑ –́ | ⏑ –́ ⏑ –́ | ⏑ –́ ⏑
vs. 17. –́ ⏑ –́ | –́ ⏑ –́ | ⏑ –́ ⏑ –́ | –́ ⏑ –́ | ⏑ –́ –

Metra horum versuum optime adaptata sunt sententiis. Vehementer iratus chorus ad locum saltandi venit; quae ira metris anapaestis, quae incipiunt carmen, solutis exprimitur. Paulatim animi motus diminuitur et sedatur, item metra magis magisque fiunt minus vivacia. Anapaestos illos solutos dactyliepitritici, deinde trochaici versus sequuntur. Versu 12 sq. denuo chori ira effervescit: quare iterum metra soluta iambicum et anapaesticum solutis fere omnibus arsibus. Inde a versu 14 ira evanescit, longa series metrorum iambicorum plenorum vel creticorum cum hac animorum tranquillitate aptissime concinit.

Venimus ad fragmentum servatum apud Athen. XI, p. 461 D—E: *οὐ γᾶν αὐλακισμέναν ἀρῶν, ἀλλ' ἄσκαφον ματεύων.*[1])

„Non agrum exaratum subvertens, sed agrum nulla ex parte cultum tractans.“

– – | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – – | – ⏑ – ⏑ | – –

Tria metra trochaica, quae circumcluduntur binis syllabis longis, quae metra esse possunt thesibus oppressis. Sed verisimilius est syllabas longas ante metra trochaica esse finem metri troch. pleni, syllabas longas in versu exeunte metrum trochaicum syllabis brevibus oppressis.

Haec verba translate dicta esse a Pratina apparet. Plutarchus, ille v. d., qui apud Athenaeum hunc Pratinae locum dicit, hoc enuntiato ut sententia utitur. (Cf. supra p. 8). Qui v. d. his verbis dicere vult se non res usitatas proferre, sed nova aggredi velle. Ex Athenaei verbis efficere non possumus, utrum hoc fragmentum sumptum sit e carmine lyrico necne. Nam

---

[1]) Traditum est in codd. A. B. *σκάφον*, P. *σκάφων*; C. V. L. *σκύφον*; Bergk sagaciter restituit *ἄσκαφον*, quod Crusius recepit. (Ceteras var. lect. v. apud Bergk, l. l. p. 559.)

Athen. hoc loco auctores complurium generum affert, lyricos Anacreontem Sapphonem, rerum gestarum scriptores Autocratem Dicaearchum, comicos Aristophanem Anaxandridem Eubulum Cratinum, quin etiam Homerum (Athen. p. 460 C sqq.). Tamen errare non videmur statuentes hunc locum aeque atque illud hyporchema esse sumptum e poesi Pratinae lyrica. Quid Pratinas hoc dicto dicere voluerit explanare non possumus, cum illud carmen, in quo haec sententia legebatur, non habeamus. Videtur quidem Pratinas de nova aliqua re artis musicae quam invenisse sibi videbatur hoc loco dixisse.

Sequitur fragmentum, quod exstat apud Athen. XIV, p. 624 F. *Μήτε σύντονον δίωκε μήτε τὰν ἀνειμέναν Ἰαστὶ μοῦσαν,*
Ἀλλὰ τὰν μέσαν νεῶν ἄρουραν αἰόλιζε τῷ μέλει.

Versuum qui sequebantur, nonnulli deesse videntur, nam Athen. pergit *ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς σαφέστερόν φησιν·*
πρέπει τοι πᾶσιν ἀοιδὰ λαβράκταις Αἰολὶς ἁρμονία.

vs. 1. Metra trochaica.

– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑

vs. 2. Metra trochaica.

– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ | – . . . . .

Hoc loco sententiae finem non congruere cum metri fine apparet, nam post tetrametrum trochaicum una longa syllaba restat, quae initium metri trochaici fuisse videtur.

vs. 3. ⏑ – – | – ⏑ ⏑ – | – ⏑ – – | – ⏑ ⏑ – ‖ ⏑ ⏑ –

Postquam versibus prioribus trochaeos poeta adhibuit, hoc versu ad dactylo-epitritica metra progreditur.

Ut clare cognoscamus, quidnam Pratinas his versibus dicere voluerit, illud Athenaei caput, ubi hoc fragmentum legitur, accuratius inspiciamus necesse est. Athenaeus (vel potius Heraclides in tertio libro de musica) de harmoniis dicit: *ἁρμονίας γὰρ εἶναι τρεῖς· τρία γὰρ καὶ γενέσθαι Ἑλλήνων γένη, Δωριεῖς, Αἰολεῖς, Ἴωνας;* de his harmoniis auctor nonnulla affert; de Aeolibus dicens Athen. scribit: *διόπερ ἔχουσι τὸ τῆς ὑποδωρίου καλουμένης ἁρμονίας ἦθος. αὕτη γάρ ἐστι, φησὶν ὁ Ἡρακλείδης, ἣν ἐκάλουν Αἰολίδα;* deinde Athen. Lasi locum affert, quo de harmonia Aeolica dicitur; sequitur illud Pratinae fragmentum. Denique Athen. (Heracl.) explicat, qua de causa illa *Αἰολὶς ἁρμονία* nominaretur *ὑποδώριον ἦθος· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὁρῶντας*

αὐτοὺς τὸν ὄγκον καὶ τὸ προσποίημα τῆς καλοκἀγαθίας ἐν τοῖς τῆς ἁρμονίας ἤθεσιν Δώριον μὲν αὐτὴν οὐ νομίζειν, προσεμφερῆ δέ πως ἐκείνῃ· διόπερ ὑποδώριον ἐκάλεσαν, ὡς τὸ προσεμφερὲς τῷ λευκῷ ὑπόλευκον καὶ τὸ μὴ γλυκὺ μὲν ἐγγὺς δὲ τούτου λέγομεν ὑπόγλυκυ· οὕτως καὶ ὑποδώριον τὸ μὴ πάνυ Δώριον. V. d. igitur sciebant similitudinem esse quandam inter Aeolum et Dorum harmonias; itaque hanc harmoniam appellabant „hypodoricam". Eandem fere rem dicit scholiasta ad Pind. Pyth. II, 128, *Αἰολεὺς ἔβαινε Δωρίαν κέλευθον ὕμνων.* [1])

Pratinas tres harmonias discernit: 1. *σύντονον ἁρμονίαν;* 2. *Ἰαστὶ μοῦσαν;* 3. *Αἰολίδα ἁρμονίαν.*

Verbis *σύντονος ἁρμονία* (i. e. adstricta, contenta harmonia) poeta Doricam harmoniam significare videtur, quocum optime concinit, quod Athen. (Heracl.) p. 624 D de hoc genere dixit: *ἡ μὲν οὖν Δώριος ἁρμονία τὸ ἀνδρῶδες ἐμφαίνει καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ οὐ διακεχυμένον οὐδ' ἱλαρόν, ἀλλὰ σκυθρωπὸν καὶ σφοδρόν* . . . .


Harmoniam Jonicam poeta appellat *ἀνειμέναν*, i. e. laxam, non contentam; eadem fere Athen. (Heracl.) dicit p. 625 B: *τὸ τῆς Ἰαστὶ γένος ἁρμονίας οὔτ' ἀνθηρὸν οὔτε ἱλαρόν ἐστιν, ἀλλὰ αὐστηρὸν καὶ σκληρόν* . . . .

Igitur Pratinas constrictam illam harmoniam Doricam ac laxam Ionum refutat. At decere illos — ait — qui cantum amant (i. e. *λαβράκταις*) Aeolicam harmoniam (i. e. harmoniam hypodoricam quae dicitur).[2])

Hoc fragmentum lyricae poesi esse adscribendum apertum est. Nam primum hi versus ex Heraclidae scriptis de musica sunt sumpti: deinde illo Athen. loco de poetis lyricis tantum

---

[1]) De harmoniis hypodoricis cf. Herm. Abert, Die Lehre vom Ethos in der griech. Musik, Lpz. 1899, p. 81 sqq.

[2]) Westphal, Harmonik und Melopoeie, l. l. p. 186 sq. hoc loco usus est ad cognoscendam artem musicam Graecorum; hoc modo hanc Pratinae harmoniam descripsit: 

1. *σύντονος.* 2. *Αἰολίς.* 3. *ἀνειμένη Ἰαστί.*

An haec ex Pratinae versibus concludere non liceat, mihi quidem valde est dubium.

narratur; nominantur (p. 624 sqq.) Alcman, Hipponax, Lasus, Pratinas, Ananius, Pythermus. Ut carmen I, ita hoc quoque fragmentum ad rem musicam spectat; cum illis versibus de tibiis et cantu poeta dicat, hoc loco de cantu tantum nonnulla profert; cuius generis hoc carmen fuerit, perspicere non possumus.[1])

Musicae rationes aliis quoque locis *σύντονοι* appellantur. Eur. Bacch. 126 *συντόνῳ ἡδυβόᾳ αὐλῶν πνεύματι*; Arist. pol. 8, 7, 7 *τῶν μελῶν τὰ σύντονα*; 8, 7, 10 *σύντονος ἁρμονία*; Plut. mor. p. 793 B, 2 *σύντονος λύρα*. Necnon vocum oppositio *σύντονος* et *ἀνειμένη* invenitur. Arist. pol. 4, 3, 5 opponuntur *συντονώτεραι ἁρμονίαι τῆς πόλεως* harmoniis, quae dicuntur *ἀνειμέναι καὶ μαλακαί*.

Restat fragmentum servatum ab Athen. XIV, p. 633 A.

Λάκων ὁ τέττιξ εὔτυκος ἐς χορόν.

⏑ ´ ⏑ ⏗ ‿ ´ ⏑ ⏑ ⏗ ⏑ ⏗

Hendecasyllabus Alcaicus.

Hoc quoque loco Athenaeus de musica disputat. Ut explanet Lacedaemonios maxime in re musica versatos esse, hunc Pratinae versum affert. Quid poeta his verbis dicere voluerit, statim comprehendemus, si per antiquitatem saepius de cicadarum cantu narratum esse viderimus, quem pulcherrimum esse Graeci existimabant. Iam apud Simonidem lyricum duo habemus fragmenta huc pertinentia, ubi cicadarum sonus componitur cum cantu hominum.

Simon. 164 [231]:

Φημὶ τὸν οὐκ ἐθέλοντα φέρειν τέττιγος ἄεθλον
τῷ Πανοπηιάδῃ δώσειν μέγα δεῖπνον Ἐπειῷ[2])

Prioris versus explicationem addit Athen. X, p. 456 E (ubi hoc fragm. traditum est): *καὶ εἶναι τὸν μὲν οὐ φέροντα τὸ τοῦ τέττιγος ἄεθλον τὸν οὐκ ἐθέλοντα ᾄδειν.*

Ut ex Athenaei loco apparet, Simonides de cantu chori dicit:

---

[1]) Codd. A. B. habent *ἀοιδά*; P V L *ἀοιδάν*. Hart. Westph. scripserunt *ἀοιδοιλαβοάκταις*: Bergk, Kaibel, Crusius *ἀοιδὰ λαβράκταις*; Mein. proposuit *ἀοιδοῖς λαβράκταις*

[2]) Quid significet versus alter explanare mea non interest; de hac re cf. Bergk, l. l. p. 507.

Simon. 166 [224], vers. inc.

Φοῖβον, ὃς ἁγεῖται ⟨τοῖς⟩ Τυνδαρίδῃσιν ἀοιδῆς,
ἁμέτεροι τέττιγες ἐπεστέψαντο χορωνῷ.

Phoebus Apollo, qui chorum moderabatur, a chori cantoribus — qui cicadae nominantur – coronis ornatus esse narratur.

Cf. versum Theocr. I, 148:

τέττιγος ἐπεὶ τύγα φέρτερον ᾄδεις.

Pag. 9 h. comm. demonstratum est Athenaei libri partem quae est a p. 632 A usque ad Pratinae locum haustam esse ex libro quodam Aristoxeni de musica. Itaque concludere licet hoc Pratinae fragmentum partem fuisse lyrici carminis. Accedit, quod hoc Athenaei loco complures poetae lyrici nominantur (Pag. 632 D) Xenophanes, Solon, Theognis, Phocylides, Periander. Hic quoque versus ad musicam spectat. Atque pertinere eum ad certamen illud musicum, cuius luculentissimum testimonium est illud hyporchema totum servatum, verisimile mihi videtur. Etenim hoc quoque versu Pratinas cantum Laconicum laudat. Aliter res se habet in fragmento praecedente. Ibi poeta neque novam Ionicam neque Doricam, sed Aeolicam, i. e. hypodoricam harmoniam laudibus tollit.

Omnino igitur dicendum est Pratinam novas musicae rationes sprevisse, antiquam musicam amavisse.

Priusquam de Pratina poeta satyrico et tragico nonnulla proferemus, inquiramus, quae ex testimoniis a Ps.-Plutarcho allatis de Pratina cognoscere possimus.

Satis supra est demonstratum fragmenta Pratinae apud Athen. servata, quibus poeta de musica vel de cantu dicit, lyricae esse adscribenda poesi. Itaque mea quidem sententia iam a primo apertum esse videtur etiam testimonia illa ad Pratinam pertinentia, quibus dicitur poetam de poetis vel musicis antiquis narravisse, reducenda esse ad carmina Pratinae melica. Accedit, quod omnia testimonia aeque ac fragmenta apud Athenaeum servata ad musicae illos scriptores, Aristoxenum et Heraclidem, reducenda sunt.

1. Ps. Plutarch. De musica cap. VII narrat Olympum maiorem nomum polycephalum[1]) invenisse; hunc autem Olympum

[1]) Unde hic nomus polycephalus nomen habuerit, exquirere non possumus. Schol. Pind. Pyth. XII, 15 nomen sumptum esse a Medusae serpen-

discipulum illius Olympi esse, qui Marsyae filius fuisset; alios dicere non Olympum maiorem, sed Cratetem, qui item Olympi maioris discipulus fuisset, hunc nomum polycephalum primum finxisse; Pratinam eum Olympo minori tribuisse. Suidas tres poetas vel musicos affert, quibus fuisset nomen Olympi; Ps.-Plutarchus duos tantum enumerat. Ritschl [1]) unum tantum nominis Olympi poetam fuisse ostendit; duobus illis musicis nominis Olympi duas tantum aetates rei musicae Graecorum significari.

2. Ps. Plut. cap. IX. Hoc loco poetae nominantur, qui cc. centum quinquaginta annis ante Pratinam floruerunt (Thaletas, Xenodamus, Xenocritus). Heraclides, cuius ex libris Ps. Plutarchus hunc locum sumpsit, Pratinae carmina habebat. In carmine quodam invenit scriptum Xenodamum non paeanas scripsisse, sed hyporchemata. Quam Pratinae sententiam quia singularis erat, in libro quodam de musica attulit Heraclides.

3. Ps. Plut. cap. XXXI. Aptissimus est hic locus, quo demonstremus Aristoxeni temporibus Pratinae auctoritatem magnam fuisse. Nam auctor de musica Aristoxenum secutus Pratinae cum Pindari, Dionysii Thebani, Lampri nominibus componit. Quorum Pindarum clarissimum poetam lyricum Graecorum esse constat. De Dionysio autem et Lampro cf. quae dicit Corn. Nep. Epam. cap. 2: „Nam et citharizare et cantare ad chordarum sonum doctus est (sc. Epaminondas) a Dionysio (de quo cf. P. W. R. E. vol. V, p. 927), qui non minore fuit in musicis gloria quam Damon aut Lamprus, quorum pervulgata sunt nomina.“

tibus est traditum. Quae explicatio falsa esse videtur. Locum afferam: . . . *τούτου τοῦ συριγμοῦ κατακούσασα ἡ Ἀθηνᾶ τοῦ ἐκ τῶν ὄφεων πρὸς μίμησιν τοῦ θρήνου καὶ τοῦ γινομένου συριγμοῦ ἐκ τῶν ὄφεων ἐπενόησε τὴν αὐλητικήν, ἣν καὶ ὠνόμασε πολυκέφαλον νόμον διὰ τοῦτο· ἐπεὶ γὰρ ἐκ τῶν πολλῶν κεφαλῶν τῶν ὄφεων εἷς τις ἀνεδίδοιτο συριγμός, πολλὰς δὲ κεφαλὰς εἰκότως εἶχον οἱ ὄφεις, διὰ τοῦτο πολυκέφαλον νόμον τὴν κατὰ μίμησιν αὐλητικὴν συνθεῖσα ὠνόμασεν.* Neque de huius nomi origine quidquam proponere possumus. Id quidem ex locis Ps. Plut. cap. VII et schol. Pind. Pyth. XII, 15 apparet nomum polycephalum fuisse auleticum in Apollinis honorem. De nomis in universum scripsit Wilamowitz, Timotheus Perser 1903, p. 82 sqq.

[1]) Frid. Ritschl, Opuscula philologica vol. I. Lpz. 1866, p. 258 sqq.

Necnon alia hic locus demonstrat. Scriptum est apud Ps.-Plut.: Telesiam Thebanum didicisse *καὶ τὰ Πινδάρου τά τε Διονυσίου τοῦ Θηβαίου καὶ τὰ Λάμπρου καὶ τὰ Πρατίνου καὶ τῶν λοιπῶν, ὅσοι τῶν λυρικῶν ἄνδρες ἐγένοντο ποιηταὶ κρουμάτων ἀγαθοί.*

Quo ex loco clare apparet Pratinam clarissimis poetis lyricis adnumeratum esse. Nominantur autem Pratinae opera lyrica *τὰ Πρατίνου*, quae componuntur cum libris lyricis Pindari; deinde narratur Telesiam Thebanum iuvenem haec Pratinae carmina didicisse. Itaque concludere licet carminum lyricorum Pratinae tot fuisse, ut nonnullis libris vel libro uno ederentur; qui libri in liberis educandis quarto saltem saeculo adhibebantur.

Quando Pratinae carmina primum edita sint nescimus. Id constare videtur primam operum Pratinae editionem iam multis annis ante Aristoxenum, qui illa refert, factam esse, fortasse a Pratina ipso.

Denique hoc loco demonstratur, quod iam ex ipsis eius fragmentis didicimus, Pratinam simplicem poesis rationem amasse, namque Aristoxenus Pratinam poetis apponit, qui antiquam simplicem rationem melicam secuti sunt, Pindaro, Dionysio, Lampro, aliis; quorum modis opponit Timothei et Philoxeni novam dithyramborum poesim. Narratur Telesiam Thebanum, Aristoxeni aequalem, de quo aliunde non docemur, eruditum esse poesi Pindari, ceterorumque poetarum allatorum; postea demum *ποικίλην μουσικὴν* Timothei et Philoxeni illum exercuisse, sed *μὴ δύνασθαι κατορθοῦν* in hoc genere. *γεγενῆσθαι δ' αἰτίαν τὴν ἐκ παιδὸς καλλίστην ἀγωγήν.*

4. Ps. Plut. cap. LXII. Pratinam in carmine quodam dixisse docemur Lacedaemonios Thaletam Creticum arcessivisse, cum Lacedaemon pestilentia premeretur, ut arte musica adhibita morbum ex urbe exigeret.

Haec sunt, quae e testimoniis apud Ps.-Plutarchum traditis concludere licet. Quae cum sicuti fragmenta ad musicae historiam spectent, e Pratinae carminibus ab Heraclide et Aristoxeno esse sumpta videntur.

De Pratinae fabulis satyricis tragicisque quae dicuntur.

b) De Pratina poeta satyrico.

De fabulis satyricis huius poetae scripturus non rem omnino novam incipio.[1]) Postquam Casaubonus[2]) de poesi satyrica Graecorum nonnulla protulit, Welcker[3]) denuo ad hanc quaestionem solvendam aggressus est. Permultis locis usus est, qui ad hoc poesis Graecorum genus cognoscendum apti sunt; cuius v. d. commentatio summis laudibus digna atque adeo perfecta est, ut illi v. d., qui post Welcker hanc rem adierunt, nihil fere novi protulerint.[4])

At cum supra (p. 40 sqq.) demonstravisse mihi videor Pratinam choricam illam simplicem poesim satyricam exercuisse, operae fore pretium puto denuo inquirere, quem locum Pratinas habeat in historia fabularum satyricarum. Quod ut explanem, paulo longius est repetendum.

Schmid (Griech. Literaturgeschichte [5]1908, pgg. 248; 250; 251; 266; 268) dicit Pratinam fabulam satyricam, quae in Peloponneso septentrionali, praecipue Phliunte esset orta, Athenas importasse. Huius rei argumentum carmen solum Anth. Pal. VII, 37 affert. Quam Schmidii opinionem falsam esse apparet. Nam Dionysi cultum, ex quo — id quod nunc inter omnes fere v. doctos constat — fabulae satyricae et tragicae quae dicun-

---

[1]) Iam Chamaeleon, vir ille peripateticus, περὶ Σατύρων scripsit. (Cf. Wendling, P. W. R. E. III, 2, p. 2103 sq.) Quo in libro etiam de Pratina dictum esse verisimillimum est.

[2]) Casaubonus, De satyrica Graecorum poesi et Romanorum satira. lib. II. Paris 1605.

[3]) Fr. G. Welcker, Nachtrag zu der Schrift über die Aeschylische Trilogie nebst einer Abhandlung über das Satyrspiel. Frankfurt a. M. 1826, p. 183 sqq.

[4]) Frz. Wieseler, Das Satyrspiel, Nach Massgabe eines Vasenbildes dargestellt. Göttinger Studien 1847. 2. Abt. p. 565 sqq. — Nik. Wecklein, Euripides Cyclops, Lpz. 1903, p. 1 sqq. — Lionello Levi, Intorno al drama satirico, Rivista di Storia Antica, nuova Serie. Anno XII, Padua 1908. p. 201 sqq. — Huius commentationis Weckeinii censuram vide in Berliner philol. Wochenschrift 1910, p. 101 sqq. — Lionello Levi, Ancora sulle origini del drama satirico, Atti d. R. Ist. Ven. d. scienze, lettere ed arti, A. 69. p. II, 1910. — Haec commentatio nihil novi attulit; cf. Wochenschr. f. klass. Phil. 1910, p. 1111/2.

tur orta sunt,[1]) non solum in Peloponneso invenimus, sed etiam in Attica, Athenis. Denuo hoc demonstrare, quod iam saepius explanatum est a v. d., supervacaneum esse censeo. Dionysi illum clarissimum „carrum navalem" tantum afferam, in quo deus ipse, quem satyri comitantur, per totam Graeciam migrat.[2]) Krollius (l. l. p. 232) de hac re dixit: „Ueber das Meer ist der Gott gekommen, und um alle Bewohner Atticas und nicht bloss die der Küstenlandschaft seiner Segnungen teilhaftig werden zu lassen, hat er sein Schiff auf einen Wagen gestellt und fährt nun als Spender des Weines und der Freuden von Ort zu Ort." Ut hoc argumento, ita multis aliis ostendi potest Dionysi cultum iam multo ante Pratinam in Attica floruisse. Welcker (l. l. p. 194 sqq., Aufnahme des Dionysosdienstes in die Staatsreligion, insbesondere zu Athen) cum hanc in rem inquisivisset, per totam Graeciam iam ante illa tempora, quibus Pratinas fabulas composuit, Dionysi cultum vel religionem pervulgatam fuisse ostendit.[3])

Quamquam Dionysi cultum totam per Atticam iam ante Pratinam fuisse vidimus, tamen nescimus, num *τραγικοὶ χοροί* qui dicuntur illic fuerint; nam scriptorum Graecorum, qui huc spectant locos non habemus. At in Peloponneso eiusmodi *χοροὶ τραγικοί* illis temporibus erant, quod explanavi p. 43 sqq. Item supra demonstratum est Pratinae carmen traditum ab Athen. XIV, p. 617 B sqq. illius generis esse.

Quare iam diiudicare licet, quem locum Pratinas habeat in illo satyricae poesis genere. His quidem locis de Pratina poeta satyrico sermo est.

---

[1]) W. Kroll, Ursprung des Dramas; Zeitschrift für das Gymnasialwesen, 1909. — A. Dieterich, Die Entstehung der Tragoedie, Archiv für Religionswissenschaft XI, 1908.

[2]) Ferd. Dümmler, Scenische Vasenbilder; Kleine Schriften, III, Lpz. 1901, p. 26 sqq.

[3]) Idem Levi dicit (l. l. p. 210): In quasi tutte le città della Grecia, dove fioriva il culto di Dioniso, vi furono canti bacchici e ditirambi, e specialemente nell' Attica, nella Beozia, a Corinto, a Sicione, a Fliunte, a Nasso e a Taso. Cf. K. O. Müller, Griech. Literaturgesch. p. 38. — Mart. P. Nilsson, Der Ursprung der Tragoedie. III. Dionysuskultus und Tragoedie. Neue Jahrbücher f. d. kl. Altert. 1911, p. 673 sqq.

1. Anth. Pal. VII, 37.[1]) (cf. h. comm. p. 16) vs. 3 sq.
ὅς με (satyrum) *τὸν ἐκ Φλιοῦντος, ἔτι τρίβολον πατέοντα,*
πρίνινον ἐς χρύσεον σχῆμα μεθηρμόσατο.

2. Anth. Pal. VII, 707.[1]) (cf. h. comm. p. 16) vs. 3 sq.
ἐκισσοφόρησε γὰρ ὡνὴρ
ἄξια Φλιασίων, ναὶ μὰ χορούς, Σατύρων.

3. Pausan. *Κορινθ.* II, 13, 6. (cf. h. comm. p. 14) . . . *τούτῳ τῷ Ἀριστίᾳ σάτυροι καὶ Πρατίνᾳ . . . πλὴν τῶν Αἰσχύλου δοκιμώτατοι.*

4. Ps. Acron. (cf. h. comm. p. 18.) . . . satyrica dramata, in quibus salva maiestate gravitatis iocos exercebant secundum Pratinae institutionem.

5. Suidas s. v. *Πρατίνας.* (cf. h. comm. p. 14.) *Καὶ πρῶτος ἔγραψε σατύρους.*

Videamus, cuius generis hae fabulae fuerint, quarum inventor Pratinas nominatur. Pausanias illo loco dicit Pratinae fabulas satyricas eandem fere auctoritatem habuisse quam Aeschyli dramata satyrica. Aeschyli autem fabulas satyricas non solum *τραγικοὺς χορούς* fuisse ut illud Pratinae quod nobis servatum est carmen, sed etiam diverbia et actionem habuisse, i. e. similes fuisse Cyclopis Euripidis, mea quidem sententia concludendum est cum ex nonnullis fragmentis,[2]) tum ex loco Apoll. Bibl. II, 1, 4, ubi actio fabulae satyricae Aeschyli, quae *Ἀμυμώνη* inscribebatur, narratur: *ἀνύδρου δὲ τῆς χώρας ὑπαρχούσης, ἐπειδὴ καὶ τὰς πηγὰς ἐξήρανε Ποσειδῶν μηνίων Ἰνάχῳ διότι τὴν χώραν Ἥρας ἐμαρτύρησεν εἶναι, τὰς θυγατέρας ὑδρευσομένας ἔπεμψε. μία δὲ αὐτῶν Ἀμυμώνη ζητοῦσα ὕδωρ ῥίπτει βέλος ἐπὶ ἔλαφον καὶ κοιμωμένου Σατύρου τυγχάνει, κἀκεῖνος περιαναστὰς ἐπεθύμει συγγενέσθαι· Ποσειδῶνος δὲ ἐπιφανέντος ὁ Σάτυρος μὲν ἔφυγεν, Ἀμυμώνη δὲ τούτῳ συνευνάζεται, καὶ αὐτῇ Ποσειδῶν τὰς ἐν Λέρνῃ πηγὰς ἐμήνυσεν.* (cf. Nauck, Fragm. Trag. Aesch. 12;

[1]) Quomodo sint explicandi singuli horum Anth. Pal. carminum versus inquirere hoc loco necesse non est. Qua de re cf. Wieseler, l. l. p. 617 sqq.; 724 sqq. -- Anth. Pal. ed. Dübner, vol. I, p. 422; 504 sq. — Hecker, Comment. criticae de Anthol. Graeca, Lugd. Batav. 1852, p. 267 sqq.

[2]) Afferam Aeschyleae fabulae, quae inscribitur *Προμηθεὺς πυρκαεύς*, fragmenta. (Nauck, frg. 205—207.)

Welcker, l. l. p. 308 sq.). Ergo verisimile videtur Pratinae sicuti Aeschyli fabulas dialogum habuisse.

Apud Suidam et Ps. Acronem narratur Pratinam inventorem dramatis satyrici fuisse; carmina illa Anth. Pal. testantur Pratinam clarissimum illius generis poetam fuisse. Itaque apertum est Pratinae auctoritatem in fabulis satyricis permagnam fuisse. Nunc fortasse pervidere possumus, quomodo Pratinas progressus sit in fabulis satyricis condendis.

Pratinas carmina chorica satyrica i. e. *τραγικοὺς χορούς* fecit. Idem poeta fabulas satyricas, quales Aeschylus aliique tragici poetae finxit. Accedit, quod saepius fabularum satyricarum inventor appellatus est.

Itaque constat Pratinam Phliasium iuvenem *τραγικοὺς χορούς* composuisse, quorum illis temporibus in Peloponneso septentrionali permulti orti esse videntur. Postea, quam Athenas transmigravit,[1]) ab illis *τραγικοῖς χοροῖς* processit ad novum illud genus fabulae satyricae, quod Athenis paulo ante erat ortum. Ibi is, qui prioribus temporibus Dionysi partem agebat, choro oppositus erat (*ὑποκριτής*). Thespis primus hanc novam rem (Ionicam *ῥῆσιν*) choris tragicis addidisse dicitur (534). Hoc modo „fabulae tragicae" erant ortae. At nondum „tragoediae" quae dicuntur, Thespidis temporibus agebantur. Phrynichi et Aeschyli demum temporibus praeter fabulas satyricas in scaenam deducebantur „tragoediae". (Aristot. Poet. 4. *ἔτι δὲ τὸ μέγεθος ἐκ μικρῶν μύθων καὶ λέξεως γελοίας, διὰ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν, ὀψὲ ἀπεσεμνύνθη.*)

Pratinae, cum Athenas venisset, fabulae illae satyricae, in quibus actor choro opponitur, ignotae esse non poterant; immo auctoritate, qua fabulae illae tragicae fruebantur, impulsus Pratinas quoque actorem choro opponere coepit.

At plerumque nondum tragoedias composuit, quarum argumentum esset grave ac serium, quo modo Phrynichus, Aeschylus et qui sequuntur tragici poetae rem instituerunt, sed iocosam illam chori tragici priorem rationem servavit. Hac ex

---

[1]) Etiam Thespis, qui primus „tragoediam" scripsisse dicitur, non erat Athenis natus; patria erat Icaria, i. e. *δῆμος* Atticus.

re illud est explicandum, quod fabularum, quas reliquit ν' (i. e. quinquaginta) λβ' (i. e. triginta duo) erant dramata satyrica.[1]

Atque hoc poesis genus adeo perfecisse videtur, ut Pratinae fabularum satyricarum formam poetae recentiores posthac sequerentur. (Qua in re omnes v. d. consentire videntur: cf. Welcker, l. l. p. 276 sqq.; Levi l. l. p. 222.) Atque ea est causa, quod illis locis Suidae, Ps.-Acronis, Anth. Palatinae VII, 37; 707 Pratinas fabulas satyricas invenisse dicitur. Nam mos erat hominum antiquorum, ut is, qui poesis aliquod genus vel artem aliquam cuiusvis generis perfecit, inventor (εὑρετής) carminum illius generis vel artis appellaretur. Sic Archilochus, ut unum saltem exemplum afferam, inventor metri iambici fuisse dicitur, quamquam iambum non invenisse hunc poetam, sed clarissimum huius generis, ut ita dicam, excultorem fuisse constat.[2])

Quod Pratinas multo plures fabulas satyricas quam tragicas finxit, illis temporibus exeuntis saeculi sexti vel quinti ineuntis tetralogiarum institutionem nondum fuisse certo cognoscimus.[3]) Qua de re multo certiores fieremus, si numeros fabularum Thespidis, Phrynichi, Choerili sciremus. Sed de uno Choerilo est traditum apud Suidam s. v. eum centum sexaginta fabulas condidisse. Hunc autem numerum valde suspiciosum esse apparet.

---

[1]) Boeckh mirum esse putabat, quod triginta duae fabulae satyricae nominantur, cum duodeviginti tantum tragoediae afferantur. Qua re permotus mutavit λβ' in ιβ' (i. e. duodecim); quod esse reiciendum ex iis, quae supra dixi, apparet. — K. Fr. Hermann incertissimam opinionem (Das Satyrdrama des Pratinas, Phil. III (1848), p. 507 sqq.), qui pro numero quinquaginta legit nescio qua re permotus „sexaginta", neglego. Etiam Welcker, l. l. p. 280 de „sexaginta" fabulis Pratinae dicit.

[2]) Similiter Gorgias σχημάτων εὑρετής dicitur, quae iam multo antea in usu fuisse poetis scimus. De heurematis cf. Mart. Kremmer, De catalogis heurematum. Diss. Lpz. 1890. — Leo, Plautin. Forschungen. Berlin 1895, p. 136.

[3]) Wecklein (Über eine Trilogie des Aeschylus und über die Trilogie überhaupt. Sitzungsb. d. bayr. Acad. d. Wiss. 1891. Phil. hist. Klasse, p. 327—385) mea quidem sententia recte dixit p. 377 apertum esse „. . . dass die Tetralogie eine Einrichtung des Jahres 472 ist, oder genauer gesagt, aus den organisatorischen Bestimmungen hervorging, welche in den siebziger Jahren des 5. Jahrhunderts den tragischen Agon der großen Dionysien ordneten".

Unum tantum titulum Pratinae fabularum satyricarum habemus servatum in Aeschyli Septem argumento: *δεύτερος Ἀριστίας Περσεῖ Ταντάλῳ Παλαισταῖς σατυρικοῖς τοῖς Πρατίνου πατρός.*[1]) Uno loco carminum homericorum nomen *Παλαισταί* invenitur Od. ϑ 246: *οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν ἀμύμονες οὐδὲ παλαισταί.* Quod est formatum e *πάλη* = luctatio (germ.: das Schwingen), quod erat certamen Graecorum; cf. Od. ϑ 206 *πειρηθήτω, ἢ πὺξ ἠὲ πάλῃ ἢ καὶ ποσίν.* Ergo *παλαισταί* luctatores sunt; sed qui fuerint Pratinae *Παλαισταί* dici non potest.[2])

c) De Pratina poeta tragico.

Pratinam tragoedias quoque quae dicuntur conscripisse (quales illae sunt Aeschyli aliorumque tragicorum) illo Suidae loco nobis est traditum. (Cf. Kroll l. l. p. 223.) Olymp. 70 (i. e. ann. 449 – 496). Pratinas cum Aeschylo et Choerilo de palma certavit (Suidas). Semel victoriam in certamine dramatico adeptus est (Suidas). Unde est efficiendum Pratinae auctoritatem illis temporibus magnam fuisse. Atque Pratinam simul fabulas tragicas et satyricas illis certaminibus egisse, consentaneum est, quamquam quot singulis certaminibus fabulae actae sint ante annum 472, nescimus. Praeter Suidam Athen. IX, p. 392 E dicit Pratinam tragoedias scripsisse.

Haec habet Athen.: . . . . *ἁδύφωνον ἰδίως καλεῖ τὸν ὄρτυγα,* quibus ex verbis Nauck restituit

ἁδύφωνος ὄρτυξ
– ◡ – ◡ – –

Fingantne haec verba tetrametri versus finem quaerimus. Dolemus, quod hanc quaestionem diiudicare non possumus; neque scimus, utrum hic locus diverbiis sit adscribendus necne.

---

[1]) Fortasse similis materies inerat fabulae Phrynichi *Ἀνταῖος ἢ Λίβυες.* Cf. Dieterich, Pulcinella. p. 61 sqq.

[2]) Schöll (Über zwei sich entsprechende Trilogien des Euripides, Heidelb. S. B. 1910, Abt. 15, p. 9 sqq. demonstrare conatur Aesch. Sept. argumento non tres Aristiae tragoedias (*δεύτερος Ἀριστίας Περσεῖ, Οἰδίποδι,* x) et unum Pratinae drama satyricum (*Παλαισταί*) esse nominata, sed vocabula *τοῖς Πρατίνου πατρός* pertinere ad omnes titulos allatos *Παλαισταί* fuisse fabulam tragicam, voce *Σάτυροι* fabulam satyricam dici. Argumenta autem, quae Schöll protulit, nihil valent, ut de hac re longius disserere necessarium non sit. Schöll refutatus est a Wecklein, Berl. philol. Wochenschrift 1911, p. 163 sqq.

Quod si verum esset, Pratinam in dialogis formis Doricis usum esse apertum esset, quod fecit Aristias, Pratinae filius (frg. 3, 1, versus finis: *μαζαγρέτας).* Inde fortasse explicari possunt formae Doricae, quas in diverbiis Ionicis-Atticis tragoediae Atticae invenimus. Illo loco (cf. h. comm. p. 6 sq.) complures scriptores Athenaeus enumerat, quorum in scriptis vox *ὄρτυξ* exstabat. Complurium generum scriptores afferuntur, ut ex hac scriptorum serie omnino effici non possit, cui generi carminum Pratinae hic locus sit adscribendus. Tamen ex verbis *Πρατίνας δ' ἐν Δυσμαίναις ἢ Καρυάτισιν* . . . . concludere licet hunc locum esse sumptum e fabula quadam tragica. Bergk eum recepit in fragmenta lyrica, falso ut Wilamowitz ostendit.[1]) Qui v. d. scripsit: „Sein (sc. des Pratinas) Chor waren dionysische Tänzerinnen aus Caryai; das geht doch die Tragoedie allein an. Außerdem erhält erst durch die neue Musik der Dithyrambos zum Teil Spezialtitel. Die einzige entgegenstehende Stelle, Simon. 28, ist notorisch corrupt."

Hartung, Crusius locum non receperunt, quem nunc legas apud Nauck (Tragic. p. 726). Verum titulus tragoediae haud certo est traditus. Cod. A. habet *δυμαναις*. Hanc vocem corruptam primus Toup emendare conatus est; scripsit *Δυμαίναις*, cum spectaret locum Stephani Byzantii:[2]) *Δυμᾶνες, φυλὴ Δωριέων. ἦσαν δὲ τρεῖς, Ὑλλεῖς καὶ Πάμφυλοι καὶ Δυμᾶνες ἐξ Ἡρακλέους . . . . οἱ οἰκοῦντες Δυμᾶνες. καὶ Δυμανίς τὸ θηλυκόν „στέλλεο νῦν ἔτι τῆλε Δυμανίδος ἠπείροιο". καὶ Δύμαινα. Εὐφορίων Χιλιάσι „δαίμων . . . . σαιτο φιλοπλοκάμοισι Δυμαίναις".*

At neque tragoediarum neque comoediarum titulos invenimus sumptos ab illorum trium generum nominibus. Tituli *Πάμφιλος* Eubuli, *Παμφίλη* Theopompi et Alexidis huc non spectant.[3]) Ingeniose ergo Meineke *Δυσμαίναις* scripsit.[4]) Cf. Hesych. *Δύσμαιναι· αἱ ἐν Σπάρτῃ χοροίτιδες Βάκχαι.*

---

[1]) v. Wilamowitz, Ein altatt. Epigramm, l. l., p. 68, ann. 1.

[2]) Stephani Byzantii Ethnicorum quae supersunt ex recens. Aug. Meineke, Berl. 1849, tom. I, p. 240.

[3]) Breitenbach, De genere quodam titulorum comoediae Atticae, Basel 1908, p. 61 sq.; 117 sq.

[4]) Longius de hoc titulo et *Καρυάτισιν* disseruit Meineke, Analecta Alexandrina, Berol. 1843, pgg. 360—363.

Cod. A habet Καριάτισιν: P. V. L. Καρίτισιν. Vox codicis A nobis est servata a Steph. Byz. l. l. p. 359 sub voce Καρία, ἡ χώρα . . . ἔστι καὶ Καριάτης· ἔστι καὶ Καριᾶτις, καὶ Καρίς ἀπὸ τῆς Καρός γενικῆς. Dalechamps scripsit Καρυάτισιν suo iure, ut opinor. Nam Καρύα urbs erat Laconicae, et verisimilius est saltatrices chori fuisse ex illa Laconicae urbe quam ex Caria, quamquam Aeschylus fabulam scripsit, cui erat nomen Κᾶρες ἢ Εὐρώπη (Nauck p. 32), item Antiphanes, poeta comicus huius nominis fabulam finxit, idem (Meineke, Fragm. comic. I. Berl. 1847, p. 917) nec non Menander fabulas scripserunt, quae inscribuntur Καρίνη. (Mein. II, p. 917). Pausanias III, 10, 7 de illis saltatricibus dicit: χοροὺς δὲ ἐνταῦθα (in urbe, cui est nomen Καρύα) αἱ Λακεδαιμονίων παρθένοι κατὰ ἔτος ἱστᾶσι, καὶ ἐπιχώριος αὐταῖς καθέστηκεν ὄρχησις. Steph. Byz. sub Καρύα scripsit: χωρίον τῆς Λακωνικῆς. Θεόπομπος νε΄. (frgm. 231 Grenfell-Hunt) ὁ οἰκήτωρ Καρυάτης καὶ θηλυκὸν Καρυᾶτις καὶ Καρυαῖος καὶ Καρυεύς. καὶ Καρυᾶτις μέλισσα ἀντὶ τοῦ Λακωνική. Καρύα γὰρ αὐτόθι τόπος. Bergk, l. l. 560 putat voces Steph. Byz. Καρυᾶτις μέλισσα fortasse Pratinae esse. Qua de re certa dicere non possumus. Tamen verisimillimum est has voces esse adscribendas poetae alicui. Nam poetarum similes loci afferri possunt: Aristoph. Av. 749/50 ἔνθεν ὥσπερ ἡ μέλιττα Φρύνιχος ἀμβροσίων μελέων ἀπεβόσκετο καρπόν. Eccl. 973: μέλιττα μούσης. Pind. Pyth. IV, 60 σὲ δ' ἐν τούτῳ λόγῳ χρησμὸς ὤρθωσεν μελίσσας Δελφίδος αὐτομάτῳ κελαδῷ; cf. schol. ad hunc locum et Etym. M. p. 577,40. Cum ex locis allatis appareat illa verba Steph. Byz. a poeta quodam esse ficta, Pratinam, quippe qui fabulam Καρυάτιδες conscripserit, verisimile quidem est hanc vocum compositionem formasse.

III. De Pratinae sermone quaestiones.

Ut sermonem poetae alicuius accurate cognoscamus, necesse est inquirere, quatenus poetarum priorum sermonem sit secutus, quatenus cum sermone aliorum poetarum suae ipsius aetatis

concinat, num poetae posteriores huius poetae exemplum in dicendo secuti sint. Quae quaestiones, quod attinet ad poetas lyricos Graecorum, nondum ad finem sunt perductae, quamquam complures v. d. hac in re sunt versati. Commentationes gravissimas, quae inquirunt in choricam poesim Doricam, Pindaro excepto, infra afferre liceat.[1])

Cum Pratina illos poetas Doricos componere, qui eodem fere tempore ac Pratinas floruerunt et eadem fere regione Peloponnesi sunt nati,[2]) fructum affert. Hic nominandi sunt poetae Aristias, Pratinae filius; Cydias Hermionicus (de quo cf. Wilamowitz, Textgeschichte d. griech. Lyriker, Abhandl. der Gött. Ges. der Wiss. 1901, p. 39 sq.); Diagoras Melius (de quo cf. Wilam. l. l. p. 80 sqq.); Lasus Hermionicus; Melanippides Melius; Praxilla Sicyonia (de qua cf. Wilam. l. l. p. 8.). Etiam Telestem Selinuntium adiungam, quod in carminibus supra explicatis saepius cum Pratina erat componendus.

---

[1]) Alcman: G. Ingraham, De Alcmanis dialecto. Diss. Würzburg 1877. — H. Spies, De Alcmanis poetae dialecto. Curt. Stud. X (1878), p. 331 sqq. — F. Schubert, S. B. d. Wiener Ac. vol. 92 (1879), p. 517 sqq. — R. Meister, Griech. Dialekte, 1882, p. 20 sq. — J. Sitzler, Festschrift der bad. Gymn. gew. der Un. Heidelberg 1886, p. 40 sqq. — H. Jurenka, Zur Aufhellung der Alcmanschen Poesie. Wiener Stud. 18. (1896), p. 235 sqq.

Stesichorus et Ibycus: R. Holsten, De Stesichori et Ibyci dialecto et copia verborum. Diss. Greifswald 1884. — E. Hiller, Jahresb über die Fortschritte der klass. Altertumswiss. 46 (1886) I, p. 68 sqq. — E. Mucke, De dialectis Stesichori Ibyci Simonidis Bacchylidis aliorumque choricorum cum Pindaro comparatis. Diss. Lps. 1897.

Simonides: W. Schröter, De Simonidis Cei melici sermone quaestiones. Diss. Lps. 1906.

Bacchylides: J. Schöne, De dialecto Bacchylidea, Lpz. Stud. 19 (1889), p. 181 sqq. — v. Tommasini, Imitazione e reminiscenze omeriche in Bacchylide. Studi ital. VII (1899), p. 415 sqq. — K. Pentrice, De Bacchylide Pindari artis socio et imitatore, Diss. Halle 1900. — H. Mrose, De syntaxi Bacchylidea, Diss. Lps. 1903. — Alios libros de dialecto poesis choricae conscriptos nominavit Thumb, Handbuch der griech. Dialekte, Heidelberg 1909, p. 72 sqq.

[2]) Hac in re viros d. Ahrens (Über die Mischung der griech. Dialekte in der griech. Lyrik, Kleine Schriften 1891, I, p. 168) et Thumb (l. l. p. 112) sequor, qui ad cognoscendam dialectum illius regionis poetas supra nominatos composuerunt.

De sermone horum, quos nominavi poetarum cum nihil fere usque ad hoc tempus sit scriptum, nonnulla prolaturus sum, quae ad sermonem Pratinae cognoscendum sunt idonea.

A. Poetas lyricos Graecorum multa nova vocabula invenisse et re metrica coactos et novarum rerum cupidos iam dudum est demonstratum. Etiam Pratinas novas voces finxit. Cum ad hanc rem perspiciendam et in Pratinae et in ceterorum supra allatorum poetarum sermonem inquirerem, vidi vocabulorum novorum permulta esse adiectiva composita. Itaque primo loco de hoc vocum genere agam. [1])

a) Ac primum quidem affero Adiectiva composita adverbialia. [2])

1. Pratinae.

εὔτυκος ἐς χορόν (2,1).

Hoc nomine idem significatur quod voce *εὔτυκτος*. *Εὔτυκος* in carminibus Homericis non invenitur, cum *εὔτυκτος* compluribus locis exstet: Il. *Γ* 336; *Ο* 480; *Π* 137; Od. *ξ* 276; *χ* 123. Significatio principalis (= bene factus) huic voci inest Aesch. Suppl. 970 *ἔνθ' ὑμῖν ἔστιν εὐτύκοις ναίειν δόμοις;* Callim. hymn. V, 3. *καὶ ἁ θεὸς εὔτυκος ἕρπεν.* Improprie haec vox usurpata est (= paratus, promptus) Aesch. Suppl. 985 *πᾶς τις ἐπειπεῖν ψόγον ἀλλοθρόοις εὔτυκος.* Hoc Pratinae loco voci inest significatio: habilis, idoneus; quam significationem alibi non invenies. Hoc Pratinae tantum loco *εὔτυκος* coniunctum est cum *ἐς;* neque vocum compositio *εὔτυκτος εἰς* vel *ἐς* aliis locis exstat. Iam in sermone epico permultae compositiones voce *εὐ*-formatae adhibentur, quas enumerare longum est, item in sermone lyrico huius generis vocabula multa occurrunt, quorum nonnulla conscribam. *θεῖος προφάτας εὔτυκος* Bacchyl.

[1]) Adiectiva similia allaturus imprimis lyricorum poetarum fragmenta perlustrabo.

[2]) Adiectivorum divisionem sumpsi e libro Kühner-Blaß, Grammatik der griech. Sprache I, 2, 1892, p. 313 sqq. — Adiectiva composita pronominibus, praepositionibus, *α* privativo quod dicitur formata exclusi. — In fragmentorum numeris afferendis editionem Hiller-Crusius sequor. (Lps. 1911.)

8, 4; *εὐπύργῳ Σεράπνας* Alcm. 1, 4; *εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα*, Sapph. 75; *εὐπέδιλλος Ἶρις* Alc. 5, 2; *ἐν ναυσὶν εὐσέλμοις* Stesich. 11, 2; *παρ' εὐδαίδαλον ναόν* Bacchyl. 14, 2; *εὐστέφανοι* Philox. 2, 4; *εὐπέταλοι* Philox. 2, 18; *εὐσέλανον* Fragm. ad. mel. 29; *εὐπατρίδας* Scolia 12, 3.[1])

2. Ceterorum poetarum:

τᾶς ἀειζώου ψυχᾶς (Melanipp. 6, 2.)

Apud Melanippidem primum hanc vocem legimus. In Aesch. carminibus ter hoc vocabulum occurrit frgm. 31; Suppl. 553; Suppl. 988 *χώρᾳ δ' ἄχθος ἀείζων πέλοι*. Aliis lyricorum locis non est traditum, postea perraro adhibetur. Vocabulorum cum voce *ἀει-* formatorum in sermone epico exstant *αἰειγενέτης* Il. *Π* 93 saepius et *ἀενάων* (*ἀεὶ νάων*) Od. *ν* 109; Hes. Erg. 595, 737; quae vox etiam in sermone lyrico legitur. *Μῶσα αἰενάοιδε* Alcm. 1, 2; *ἀέναόν τε κλέος* Simonid. 1, 19; Pind. Pyth. 1, 5; Ol. XIV, 12 *αἰέναον σέβοντι πατρὸς Ὀλυμπίοιο τιμάν* (saepius).

δυσόφθαλμον[2]) *αἶσχος* (Tel. I, 3.)

Haec vox hoc tantum loco est servata. Iam epici poetae complures voces *δυς*-syllaba formatas habent; item poetae lyrici, quorum nonnulla conscribam: *δυσμενής* Tyrt. 10, 21; Archil. 62, 2 (saepius); Semon. 7, 102; Theogn. 1219; *δυσπαιπάλους* Arch. 107, 1; *δυσηλεγέων* Mimnerm. 7, 3; Theogn. 795; *δυσώνυμον* Hippon. 21, 3; *δύσμορον* Theogn. 1358; *δυσελπίστῳ βίῳ* fragm. adesp. 78, 1; Pind. 9ies huius generis voces usurpavit, Aesch. 30ies.[3])

ἀν' εὐφύλλ' ἄλσεα (Melan. I, 3.)

Poetae epici hoc vocabulum non usurparunt. Post Melanippidem apud Aeschylum occurrit Eum. 906: *κ' ἀνέμων ἀήματα*

---

[1]) Adiectiva voce *εὐ*-formata elegiacorum et iambicorum poetarum vide apud M. Corwin Lane. Index to the fragments of the Greek Elegiac and Jambic Poets in Cornell Studies in Classical Philology, No. XVIII, Cornell University, New York, published for the university, 1908.

[2]) De vocum parte *δυσ*-cf. Meyer, Griech. Etymologie 1901/02, vol. III, p. 220.

[3]) Cf. Guil. Schröter, De Simonidis Cei melici sermone quaestiones, Lips. 1906, qui de adiectivis voce *δυς*-formatis nonnulla protulit.

εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν; postea praecipue apud poetas exstat (Aristoph. Ran. 242).

εὐηράτοιο κάλλεος (Tel. I, 6).

Hoc nomen sermonis lyrici esse videtur, nam apud Telestem et Pindarum et in carm. adesp. servatum est. Pind. Olymp. VI, 98 *σὺν δὲ φιλοφροσύναις εὐηράτοις Ἁγησία δέξαιτο κῶμον*; Ol. V, 9 *Πέλοπος παρ' εὐηράτων σταθμῶν* (*εὐηλάτων* C. D.); Pyth. IX, 8 *ῥίζαν ἀπείρου τρίταν εὐήρατον θάλλοισαν οἰκεῖν*; Carm. mel. adesp. 34, 13 *παρθενηίας ὀπὸς εὐηράτω*. Adiectivorum, quorum pars altera est *-ηρατος*, unum tantum praeter hoc exemplum inveni sermonis lyrici Simon. 69, 6 *ἄνθος πολυήρατον ἥβης*.

πνεύματος εὔπτερον αὔραν (Tel. II, 4.)

Hic primum hanc vocem adhibitam legimus. Post Telestem primus Sophocles habet. Mirum est, quod iam Telestes improprie usurpavit. Sophocles *ὄρνιθα* appellat *εὔπτερον* Oed. R. 175 *ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ προσίδοις ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν*. Poetarum lyricorum Telestes solus hoc vocabulum scripsisse videtur. (De vocibus, quarum pars altera est *-πτερος* cf. infra s. v. *ποικιλόπτερος* p. 70.)

εὐώδεις . . . φοίνικας (Melan. I, 5.)

Iam in sermone epico haec vox exstat his locis: Il. *Γ* 382 *θαλάμῳ εὐώδει*; Od. *β* 339 *εὐῶδες ἔλαιον*; Od. *ε* 64 *εὐώδης κυπάρισσος*; hymn. Ven. 66 *εὐώδεα Κύπρον*; h. Merc. 65 *εὐώδεος ἐκ μεγάροιο*; h. Cer. 401 *ἄνθεσιν . . . εὐώδεσιν*; VII, 36 *οἶνος εὐώδης*; XIX, 26 *ὑπάκινθος εὐώδης*; XXVI, 6 *ἄντρῳ ἐν εὐώδει*; Lyricorum locos adiungam: *ε]ὐώδεα Θέσσα[λ* Bacchyl. XIII (Blass.); *εὐώδη χῶρον* Theogn. 830; Xenoph. 1, 3: *εὐῶδες μύρον*.

b) Deinde enumero adiectiva composita obiectiva verbalia.

1. Pratinae:

θυραμάχοις . . . πυγμαχίαισι (Prat. I, 8.)

Haec vox non nisi a Pratina adhibita atque ficta videtur. In sermone epico una tantum vox cum *θυρα*-composita exstat. Il. *Χ* 69 *οὓς τρέφον ἐν μεγάροισι τραπεζῆας θυραωρούς*. Pind. nullum huius generis habet vocabulum; Aesch. scripsit Ag. 1168 *θυροκόπος*; Aristoph. Vesp. 1254 *θυροκοπέω*. Lyricorum

similes voces sunt: *σύμμαχος* Archil. 72, 1; *πρόμαχος* Tyrt. 8, 1; Mimn. 12, 6 aliisque locis; *ἱππομάχων* Mimn. 12, 3; *πυλαιμάχε* Stesich. 20, 1; *τὸν φυγόμαχον* Simon. 48; *ἐπ᾽ ἀνθρώπους ἱππομάχους ἰέναι* Simon. 91, 8; *ἀγχεμάχων πολιτᾶν* Simon 124, 1; *Περσῶν ἱππομάχων* Simon. 144, 4; *ἀρετᾶς δοριμάχου* Timoth. 6; *ἀρσοθυρίδος* Sem. 17, 1; *ἀγχίθυρος* Theogn. 302.

ἐπὶ πολυπάταγα Διονυσιάδα θυμέλαν (Prat. I, 2.)

Hoc tantum loco huius nominis haec forma est tradita; significat „multum strepens, strepitu repletus". In Etym. Magn. 280, 2 de hac voce est scriptum: *Διχομήνου, διχομήνῳ, καὶ κατὰ μεταπλασμὸν διχόμηνι, ὡς πολυπάταγος πολυπατάγῳ* (*πολυπάταγι*); hunc locum secutus Kühner-Blass (Gramm. d. griech. Sprache I, 2, p. 552, 2) hanc vocem metaplasticis et heterocliticis adiectivis adnumerat; habenda est inter illas voces, quarum nominativus non exstat.[1]) Cf. *πολυπάτητος* Schol. Callim. hymn. I, 26. Etiam lyrici multas voces syllaba *πολυ-* finxerunt, quarum nonnulla colligam: *πολύστονον ἔργον* Archil. 3, 3; *πολυφλοίσβοιο θαλάσσης* Archil. 9, 3; *Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει* Archil. 19, 1; *πολύολβον Ἀφροδίταν* Sapph. 59; *γυναῖκας . . . πολυφραδεστάτας* Semon. 7, 93; *πολύστονον ψυχὴν* Hipponax, 40, 1; *μίτραις πολυανθέμοις* Anacr. 47, 2; *ἐν πολυχρύσῳ* ⟨*δ᾽*⟩ *Ὀλύμπῳ* Bacch. 6, 2; *πολυνεικής* frg. adesp. 10; *πολυστέφανος* frg. adesp. 55.

2. Ceterorum poetarum:

ἐν ἁρμάτεσσι διφρούχοις (Melan. I, 3.)

Est *ἅπαξ εἰρημένον*. In sermone epico *δίφρος* solum est scriptum; Pind. Ol. III, 38 habet *διφρηλασία; διφρηλάτας* Pyth. IX, 81; Isth. I, 17; *δίφρον* Semon. 7, 26; vocabulum simile inveni *γαιάοχ᾽* Arion 1, 3.

---

[1]) Ph. Buttmann, Ausführl. griech. Sprachlehre, Berl. 1830, p. 251 complures similes voces affert, quarum nominativi non exstant: *ἐρυσάρματες ἵπποι* Il. 16, 370; *δυσδάμαρτος ἀνδρός* Aesch. Agam. 1320 alias. Cf. de voce *πολυπάταγα* Lobeck, Paralipomena grammaticae Graecae. Lpz. 1837, p. 180. — Anecdota Graeca (Bekkeri) Berl. 1821, p. 1225 sq. *φησὶ δὲ ὁ τεχνικὸς ὅτι αἱ μεταπεπλασμέναι δοτικαὶ εἰς ῑ λήγουσαι προπαροξύνεσθαι θέλουσι . . . . οἷον ὁ πολυπάταγος τοῦ πολυπατάγου τῷ πολυπατάγῳ παροξυτόνως.*

χεῖρα καμψιδίαυλον ἀναστροφῶν τάχος (Tel. III, 4).

Haec vox significat „celeriter chordas percurrens“, hoc tantum loco servata. Alia huius generis vocabula *καμψίπους* Aesch. Sept. 793; *καμψόδυνος* in vocabulo *δακτυλοκαμψόδυνας* Anth. Plan. I, 18; *καμψίουρος* Hesych. Similes voces apud lyricos non repperi.[1])

ἅδε ματαιολόγων φάμα (Tel. I, 9.)

Duobus tantum praeter hunc locis haec vox exstat. Ep. ad. Tit. 1, 10; Hesych. *λαλαγητής· ματαιόλογος;* cf. *ματαιολογέω* Strab. 2, p. 76; *ματαιόκομπος* Schol. Aristoph. Ach. 589; *ματαιοποιέω* Schol. Soph. Oed. R. 874; *ματαιοποιός* Ath. 5, p. 179 F alias voces; Hesych. *ματαιόφωνος* sub v. *μαψίφωνος*. In sermone epico, lyrico, tragico, comico nomina cum *ματαιο-* composita non sunt; Pind. Ol. II, 176 scripsit *λαλαγέω*, quod idem fere significat ac *ματαιολογέω*. Cf. lyricorum vocabula *παυρολόγοι πολιαί* Erinna 2; *χρώμενοι εὐλογίῃ* Simon. 85, 4; *μάταιον* Theogn. 487, 492 (saepius); *μάτην* Sol. 30, 7; Theogn. 523.

φάμα . . . μουσοπόλων (Tel. I, 9.)

Iam Sappho hoc nomen scripsit *ἐξ ἀδήλων εἰδῶν* 103 k *οὐ γὰρ οἰκίᾳ ἐν μοισοπόλων θέμις θρῆνον ἔμμεναι.* In dictione epica, a Pindaro vocabula cum *μουσο-* composita non sunt usurpata. Lyricorum locos, qui huc spectant, afferam: *μουσοφίλητε* Corinna 14; *μουσοπαλαιολύμας* Timoth. Pers. 229 (Wilam.); *μουσοπόλε θήρ* Castorio 5; fortasse hoc vocabulum et similia sunt ficta secundum epicorum vocem *ἀμφίπολος*.

νυμφαγενεῖ . . . . φηρὶ Μαρσύᾳ (Tel. I, 5.)

Hic tantum hoc vocabulum occurrit. Ante Telestem pauca tantum vocabula voce *νυμφ* — ficta usurpata esse videntur, etiam post Telestem raro exstant. Pind. Soph. Aristoph. huius generis nomina non habent. Aesch. Ag. 749 *νυμφόκλαυτος;* Ag. 706 *νυμφότιμος;* Eur. Iph. Au. 610 *νυμφαγωγός;* Dion. Hal. ant. 11, 41 *νυμφαγωγέω;* Cornut. Theol. gr. comp. cap. 22 *νυμφαγέτης*. Apud lyricos nullum exemplum (Teleste exepto) inveni.

---

[1]) De compositis vocabulis, quorum partes syllaba interfixa — *σι* — inter se coniunguntur cf. Schröter, l. l. p. 23 sqq.

χοροκτύπῳ φηρὶ Μαρσύᾳ κλέος (Tel. I, 5.)

Hoc vocabulum, quod Bergk, Hill.-Crusius alii scripserunt, alibi non exstat. Cf. sermonis epici vocabula χοροιτυπίη Il. Ω 261; χοροιτύπος Il. Ψ 764. Hesiodus tales voces non habet. Pind. frg. 156 (57) ὁ ζαμενὴς δ' ὁ χοροιτύπος. Postea complura vocabula sunt ficta hoc modo. En lyricorum exempla: Μεσσήνην.... εὐρύχορον Tyrt. 3, 2; χοραγός Alcm. 5, 44; Ἁγησιχόρα μὲν αὕτα Alcm. 5, 57; χοροστάτις Alcm. 5, 84; ἀρχεχόρον Alcm. 7 a; στερνοκτύποι γοηταί Timoth. Pers. 112 (Wilam.); ἀπ' εὐρυχόρου Σπάρτας Carm. popul. 49, 2.[1])

c) Tertio loco adiectiva composita attributiva tractabo.

1. Pratinae:

ἁδύφωνος ὄρτυξ (Prat. Nauck, p. 726.)[2])

Apud Sapph. primum huius nominis exemplum est servatum πάρθενον ἀδύφωνον frg. 62; cf. Sapph. 2, 3 sq. πλασίον ἆδυ φωνείσας ὑπακούει; cf. voces μελιβόαν (p. 72); ὀξύφωνος (p. 72); permultae formae huius generis in scriptis Graecorum sunt servatae. In carminibus homericis tantum exstat ἡδυγέλως hymn. XIX, 37; ἡδυεπής Il. Α 248; ἡδύποτος Od. β 346. Lyricorum similes loci: μελιγάρυες ἱμερόφωνοι Alcm. VIII, 1; ἄγγελος ἱμερόφωνος Sapph. 37; ἡδυμελές Anacr. 60; ἔαρος ἁδυόδμου Simon. 57; ἁδυφάρυγγες Philox. 2, 18; χαριτόφωνε Philox. 6, 3; οἶνος πάμφωνος Philox. 12, 1. Cf. etiam μειλιχόγηρυς Tyrt. 10, 8; λιγύφθογγος Theogn. 241; εὔφθογγος Theogn. 534.

κισσόχαιτ' ἄναξ (Prat. I. 17.)

Duobus tantum locis hoc adiectivum exstat. Praeter Pratinam Cratinus habet hanc vocem: εὔτε κισσοχαῖτ' ἄναξ, χαῖρ', (Kock, Fragm. com. Cratini frg. 324 a) Notandum est his duobus locis eandem vocum compositionem inveniri. In dictione epica simile nomen compositum exstat: hymn. XXVI, 1 κισσοκόμην Διόνυσον ἐρίβρομον ἄρχομ' ἀείδειν (= coronam habens hedera ornatam). Hesiodus nullum nomen voce κισσο- fictum habet. Pind. frg. 75 (45), 9 κισσοδέτας; Ol. II, 30 (28) κισσοφόρος; de

---

[1]) cf. Kühner-Blass, l. l. vol. I, 2, p. 329, 5.

[2]) Poll. II, 111 sq. complures voces affert, quae a φωνή sunt derivatae; inter haec vocabula ἡδύφωνος quoque occurrit.

Dionyso hoc dicitur. Aesch. non adhibuisse videtur huius generis vocabula; Sophocles Ant. 1132 *κισσήρης;* Aristoph. Thesm. 997 *κισσοφόρε Βάκχειε;* cf. Eur. Tr. 1066; *ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις αἱ Διονυσιάδες* Epigr. saeculi V. (Wilamowitz, Hermes XX, p. 62); *κισσός* Sim. Th. 1, 4.

ποικιλόπτερον μέλος (Prat. I, 5.)

In scriptis Graecis bis tantum haec vox reperitur. Praeter Pratinam in Euripidis Hipp. 1270 *σὺν δ' ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν ἀρκυστάτῳ πτερῷ (ὁ Ἔρως).* Notandum est Pratinam iam figurate hoc vocabulum usurpasse. Iam in poesi homerica una vox cum *ποικιλο-* ficta legitur: Il. *Λ* 482 *ἀμφ' Ὀδυσῆα, δαΐφρονα ποικιλομήτην;* eadem compluribus aliis locis; in hymn. homericis bis *ποικιλομῆτα* est scriptum; Hesiodus habet Theog. 521 *ποικιλόβουλος;* Erg. 203 *ποικιλόγηρυς* vel *ποικιλόδειρος.* Adiungam lyricorum similes voces. Alc. 48 *ποικιλόδερροι (ὄρνιθες);* Sapph. I, 1 *ποικιλόθρον', ἀθάνατ' Ἀφροδίτα.* Apud poetas elegiacos et iambicos nulla exstat vox a *ποικιλο-* ficta; apud melicos inveni *νῆνι ποικιλοσαμβάλῳ* Anacr. 9, 3; *πρῶτος ποικιλόμουσον Ὀρφεὺς χέλυν ἐτέκνωσεν* Timoth. Pers. 234 sq. (ed. Wilam.); *πτέρα ποικιλοθρόων οἰωνῶν* Fragm. mel. adesp. 44,1. Pindarus adhibuit *ποικιλάνιος; ποικιλόγαρυς φόρμιγξ; ποικιλόνωτος; ποικιλοφόρμιγξ.* Etiam composita vocubula, quorum pars altera est *-πτερος*, a lyricis poetis sunt adhibita. Alc. 48 *ὄρνιθες τανυσίπτεροι;* Mimn. 11, 7 *ὑπόπτερος;* Ibyc. 4 *τανύπτερος;* Ibyc. 8 a, 3 *τανυσίπτεροι;* Timoth. Pers. 30 (Wilam.) *ὑπὸ τανυπτέροισι χαλκόκρασι.* Cf. Pind. Ol. VI, 89 *πλέκων ποικίλον ὕμνον.*

2. Ceterorum poetarum:

αἰλοπτερύγων . . . . χειρῶν (Tel. I, 12.)

Hoc tantum loco haec vox est tradita. Etiam varia lect. *ἀελλοπτέρυγος* ab omnibus ceteris scriptoribus est aliena. Iam in carminibus epicis vocabula voce *αἰολο-* formata occurrunt. Il. *Δ* 489 *αἰολοθώρηξ;* Il. *Ε* 707 *αἰολομίτρης;* Il. *Γ* 185 *αἰολόπωλος;* Hesiod. Theog. 511 *αἰολόμητις;* hymn. hom. XXXII, 4 *αἰολομήτης;* cf. Il. *Β* 816 *κορυθαίολος* (saepius). Etiam lyrici sermonis nonnulla exempla inveniuntur. Ibyc. 8a, 2 *πανέλοπες καὶολόδειροι;* Bacchyl. I, c 4 (Blass) *αἰολοπρύμνοις ναυσί.* Tra-

gicorum afferam: Aesch. Suppl. 1037 *αἰολόμητις*; Prom. 661 *αἰολόστομος*; Sophocles nulla huius generis vocabula adhubisse videtur. Nomina composita, quorum pars altera *-πτερυξ* est, non repperi nisi Alcm. 65, 7 *οἰωνῶν φῦλα τανυπτερύγων*; Simon. 17, 3 *τανυπτερύγου μυίας*. [1])

Αἰολίδα ἀνὰ βαρύβρομον ἁρμονίαν (Las. I, 3.)

Lyricorum hoc nomen usurparunt Bacchyl. XVI, 76 (Blass) *σὺ δ' ὄρνυ' ἐς βαρύβρομον πέλαγος*; Ps.-Plat. 9, 1 *βαρύβρομον οἶδμα λιπόντες*; Euripides quater hac voce usus est; Hel. 1350 *βαρύβρομον αὐλόν* quod Lasi loci simile est; postea paucis locis haec vox legitur. Primum compositum nomen voce *βαρυ-* fictum legitur in hymn. Cer. 3 *βαρύκτυπος*; eadem vox in Hesiodi scriptis est adhibita, Erg. 79 (saepius). Lyricorum locos: *βαρυδαίμων* Alc. 42, 2; *βαρύκτυπος* Sem. 1, 1; 7, 40; *βαρυβόαν πορθμὸν πεφευγότες Ἀχέροντος* Pind. frg. 107; *βαρυγδούπων ἐρώτων* Ion 6, 3.

ἱερόδακρυν λίβανον (Melan. I, 5.)

Quae vox aliis locis non exstat. Carmina homerica, Hesiodus non habent formas, quarum pars prior est *ἱερο-*. Pind. scripsit *ἱερομηνία* Nem. III, 2; aliae voces syllabis *ἱερο-* formatae in lyrica dictione non sunt quantum vidi. Aesch. Suppl. 363 *ἱεροδόκος*; Sophocles huis modi vocabula non usurpasse videtur; Aristoph. Av. 1265 *ἱερόθυτος*.

καλλιπνόων αὐλῶν ἱερῶν βασιλῆα (Tel. II, 1.)

Translate hoc vocabulum hoc loco est adhibitum. Cf. locum similem Eur. Bacch. 127/128 *κέρασαν ἁδυβόᾳ Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι ματρός τε Ῥέας ἐς χέρα θῆκαν*; praeter Telestem Hesych. uno loco hoc nomine usus est. *Κρίνα· ἄνθη καλλίπνοα εὐωδιάζοντα.* Iam apud epicos complures voces occurrunt, quarum pars prior est *καλλι-*; lyricorum nonnullos locos afferam: *καλλίνικε* Archil. 113, 1; *καλλιστεφάνου Ἥρης* Tyrt. 1, 1; *ἐκ τᾶς καλλιγύναικος . . . χώρας* Sapph. [21, 2]; *χαρίτων καλλικόμων* Stesich. 14, 1; *καλλικόμων (Μουσᾶν)* Ibyc. 5, 2; *καλλιχόρου περὶ πατρίδος* Simon. 92, 3, *Θέσπια καλλιγένεθλε* Corinna 14; *ἐπ' . . . . καλλιρόῳ ποταμῷ* Theogn. 1088. [2])

---

[1]) De vocum compositarum parte *αἰολο-* cf. Herm. Osthoff, Das Verbum in der Nominalkomposition. Jena 1878, p. 144 sq.

[2]) De vocis parte *καλλι-* cf. Meyer, Griech. Etymologie, II, p. 422.

κερατόφωνον μάγαδιν (Tel. III, 2.)

Hoc nomen compositum hic tantum exstat. Etiam aliae formae, quae initium capiunt a *κερατο-*, perraro a scriptoribus sunt adhibitae; in carminibus epicis lyricis tragicis non inveniuntur. Similis formatio exstat apud Cleob. 2, a *κνήμη . . . κερασφόρῳ* (De vocibus, quarum pars altera constat e *-φωνος*, cf. h. comm. p. 69 s. v. *ἁδύφωνος*).

ἄλοχον μελιβόαν (Las. I, 2.)

Praeter Lasum Euripides tantum hanc vocem scripsisse videtur. Eur. Phaethon vs. 34 (Nauck, Eur. frg. 773) *παγαῖς δ' ἐπ' Ὠκεανοῦ μελιβόας κύκνος ἀχεῖ*. Nonnulla composita vocabula huius generis iam in carm. hom. inveniuntur, cf. imprimis Od. *μ* 187 *μελίγηρυς*; hymn. Ap. 519 *ἐν στήθεσσιν ἔθηκε θεὰ μελίγηρυν ἀοιδήν*. Similes voces etiam in lyricorum dictione sunt: *μελίχροος* Sapph. 97; *ἄλλοτα μὲν μελιάδεος* Alc. 77, 1; *τρύγα πίνει μελιηδέα* Anacr. 30, 2; *μελιαδέα γᾶρυν* Simon. 24, 2; *μελιγλώσσων ἀοιδᾶν* Bacchyl. 8, 2; *μελίφρων* 8, 10; *μελιηδέος οἴνου* Theogn. 475; *ὁ καλλιβόας αὐλός* Simon. 29, 3; *Στρίγγ' ἀποπεμπεῖν νυκτιβόαν* Carm. popul. 29, 1.

ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς (Tel. IV, 4.)

Carminum epicorum et lyricorum hoc uno loco exstat, post Telestem est perpaucis locis usurpatum: Soph. Trach. 963 *ὀξύφωνος ὡς ἀηδών*; Aristot. Probl. XIV, p. 900, b, 5 *ὀξυφωνοτέρα ἂν εἴη* (saepius, v. Aristotelis indicem); Babrius fab. 12, 3; 12, 19 *ἀηδὼν ὀξύφωνος*. Sermonis epici una tantum vox exstat cum *ὀξυ-* formata: Il. *Δ* 125 *ἆλτο δ' οἰστὸς ὀξυβελής*; perraro occurrunt tales voces apud lyricos. *ὀξυρεπής* Pind. Ol. IX, 91; *ὀξυτόμος* Pyth. IV, 263; *ὀξυπαραυδήτωι* Timoth. Pers. 76 (Wilam.); *ὀξυβάφων* Philox. 2, 4; *ὀξύχολος* Sol. 12, 26. Aeschylus habet adiectiva ab *ὀξυ-* incipientia undecim, Soph. sex, Aristoph. septem.

ἐν πενταράβδῳ χορδᾶν ἀρθμῷ (Tel. III, 3.)

Hanc vocem aliis locis non invenies; hoc vocabulum, quod translate adhibitum est de fidibus, fictum videtur secundum sermonis epici voces *πενταέτηρος* vel *πεντάετες* vel Pindari *πεντάεθλος (πεντάελλον, πενταέθλιον), πενταετηρίς*; cf. Sapph. 95, 2 *τὰ δὲ σάμβαλα πεντεβόηα*.

Ut melius discernere possimus, quis fuerit usus horum adiectivorum compositorum apud poetas, de quibus egimus, liceat omnes voces brevi conspectu describere.

1. Semel, quantum scio, in scriptis Graecis occurrunt:

αἰολόπτερυξ
δίφρουχος
δυσόφθαλμος
θυράμαχος
ἱερόδαρκυς
καμψιδίαυλος
κερατόφωνος
νυμφαγενής
πεντάραβδος
πολυπάταγα
χορόκτυπος

2. Apud poetas nominatos primum exstant:

ἀείζωος
βαρύβρομος
εὐήλιος
εὔπτερος
εὔτυκος
καλλίπνοος
κισσοχαίτης
ματαιόλογος
μελιβόας
ὀξύφωνος
ποικιλόπτερος

3. Iam ante poetas ex quibus attuli adhibita sunt vocabula:

ἁδύφωνος
εὐώδης
μουσόπολος
εὐήρατος

4. Vocabulorum, quae conscripsi sub 2 et 3, uno tantum alio loco sunt usurpata:

καλλίπνοος
κισσοχαίτης
ποικιλόπτερος
μελιβόας

Plurimae ceterarum vocum raro sunt scriptae.

Hanc tabellam si inspexerimus, apparet maximam harum vocum partem ab ipsis poetis, qui eas habent, esse formatam. Nam viginti sex vocabulorum undecim *ἅπαξ λεγόμενα* sunt, undecim apud hos poetas primum exstant. Similiter res se habet apud Pindarum, qui multa composita adiectiva usurpavit, quae ab aliis scriptoribus sunt aliena.[1]) Th. F. G. Bräuning (De adiectivis compositis apud Pindarum, Bericht über das Kngl. Christianeum, Altona 1880, p. 48) docet *ἅπαξ εἰρημένα* apud Pindarum inveniri 370.

---

[1]) cf. Max Glaser, Die zusammengesetzten Nomina bei Pindar, Progr. d. Human. Gymn. in Amberg. Amberg, 1898, p. 57 sqq.

B. Iam nonnulla proferam de Pratinae Cydiae Diagorae Lasi Melanippidis Praxillae Telestis aliorum vocabulorum usu.

a. Vocabula, quae apud Pratinam ceterosque poetas primum occurrunt vel quae nondum sunt usurpata in sermone epico.

I. De Pratinae vocabulis.

1. Substantiva.

ὁ Βρόμιος (Prat. I, 3).

In carm. hom. hoc nomen adhibitum non est. Quin haec vox facta sit e voce *βρόμος*, dubium esse non potest. Vox *βρόμος* de igne dicebatur; significat „strepitum" (cf. Suid.; Etym. Magn. s. v. *βρόμος*). Uno loco carm. hom. *βρόμος* est scriptum: Il. Ξ 396 *οὔτε πυρὸς τόσσος γε πέλει βρόμος αἰθομένοιο.* Raro in hymnis et postea usurpata est haec vox. Quomodo ex adiect. *βρόμιος* subst. *Βρόμιος* ortum sit, e Pindari carminibus cognosci potest. Adiect. Nem. IX, 8 *ἀλλ᾽ ἀνὰ μὲν βρομίαν φόρμιγγ᾽, ἀνὰ δ᾽αὐλὸν ἐπ᾽ αὐτὰν ὄρσομεν ἱππίων ἀέθλων κορυφάν;* Adiect. vel subst. frg. 75, (45) 11 sq. *δεύτερον ἐπὶ τὸν κισσοδέταν θεόν, Βρόμιον ὅν τ᾽ Ἐριβόαν τε βροτοὶ καλέομεν.* In Etym. Magn. s. v. *Βρόμιος* explicatum est, qua de causa Dionyso hoc cognomen datum sit: *Ὁ Διόνυσος· παρὰ τὸν βρόμον. καὶ γὰρ τῆς Σεμέλης κεραυνωθείσης ἡρπάγη ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ, κατὰ βούλησιν τοῦ Διὸς, ἐκ μέσου τοῦ πυρός.* cf. Juliani imper. Epigr. *α* vs. 5 sq.; Diodor. IV, 5.[1]) Aeschylus semel hanc vocem habet Eum. 24 *Βρόμιος ἔχει τὸν χορόν* (*βρόμος* Sept. 213; 476; frg. 195); Sophocles *βρόμος* tantum adhibuit in frgm. 454; Aristoph. Thesm. 991 *Βρόμιε*; Nub. 311 *Βρομία χάρις.* Lyricorum locorum afferam: Telestes 1, 11 *Βρομίῳ παρέδωκε;* Dion. Chalcus 3 *γυμνασίῳ Βρομίου*; Critias 7, 10 *ἐπ᾽ . . . ὑψηλαῖς κορυφαῖς Βρομίου;* [Plato] 21, 1 *τὸν Βρομίου Σάτυρον;* Frgm. mel. ad. 60 *Βρόμιε . . . πολεμοκέλαδε;* Scolia 4, 2 *Βρομίαις ὀπαδὲ Νύμφαις.* In oratione prosa *Βρόμιος* non usurpatum esse videtur, in carminibus raro.[2])

---

[1]) Suidas vocem *Βρόμιος* a voce *βορά* derivat: *Βρόμιος. ὁ Διόνυσος. ὁ γενεσιουργὸς τῶν καρπῶν. παρὰ τὸ βορὰ βόριμος, καὶ ὑπερθέσει βρόμιος·* hanc explicationem falsam esse apparet.

[2]) cf. *βρέμειν* Meyer, Griech. Etym. l. l. III, p. 124.

διαρριφά (Prat. I, 16.)

Quam vocem, cui inest significatio „disiectio, distractio" hoc tantum loco invenies. Idem hoc vocabulo significatur ac verbis, quae apud scriptores posteriores occurrunt: *διάρριψις* (Xen. Anab. V, 8, 3; Plut. Lys. 27: *τὴν ἐν Αὐλίδι τῶν ἱερῶν διάρριψιν*); *διάρριμα* Xen. ven. 4, 4.

θόρυβος (Prat. I, 1.)

In sermone epico hoc nomen non est. Praeter Pratinam Pind. quoque hanc vocem habet Olymp. X, 88: *καὶ συμμαχία θόρυβον παραίθυξε μέγαν*. Ut apud Pind., ita apud omnes fere scriptores *θόρυβος* tumultum significat, qui auribus concipitur. Exempla afferam: Soph. Phil. 1263 *τίς αὖ παρ᾽ ἄντροις θόρυβος ἵσταται βοῆς;* Eur. Or. 905 *θορύβῳ τε πίσυνος κἀμαθεῖ παρρησίᾳ;* simil. Aristoph. Lys. 328. Pratinas hac voce perturbationem chori significat, quae eo est effecta, quod hominum cantus tibiarum sono est postpositus. Unum tantum locum inveni, ubi *θόρυβος* animi perturbationem exprimit: Soph. Ai. 142 *ὡς καὶ . . . νῦν . . . μεγάλοι θόρυβοι κατέχουσ᾽ ἡμᾶς ἐπὶ δυσκλείᾳ*. A poetis tragicis et comicis et postea saepe vox nec non derivata et composita usurpata sunt.[1])

θριαμβοδιθύραμβος (Prat. I, 16.)

Hoc nomen a Pratina solo usurpatum est. Vocabulum *διθύραμβος* habemus apud Archil. 74; Pind; Aesch. frg. 392 postea. Miror quod illud vocabulum compositum iam apud Pratinam exstat; nam vox *θρίαμβος* Pratinae temporibus inusitata esse videtur; (*θρίαμβος* occurrit frg. mel. ad. 61 *Ἴακχε θρίαμβε, σὺ τῶνδε χοραγέ;* Cratin. apud Suid. s. v. *ἀναρύτειν;* Diod. 4, 5; saepius); item desunt nomina cum hac voce cohaerentia. *θρίαμβος* hoc loco Dionysi cognomen est; apud scriptores rerum historicarum triumphum significat.[2])

θυμέλα (Prat. I, 2.)

E verbo *θύειν* haec vox facta videtur esse. Suid. s. v. *σκηνή:* . . . . *ἔστι μετὰ τὴν ὀρχήστραν βωμὸς τοῦ Διονύσου, ὃ*

---

[1]) cf. Meyer, Griech. Etym. III, p. 462/₈.

[2]) cf. Meyer III, p. 472 s. v. *θρίαμβος*.

καλεῖται θυμέλη, παρὰ τὸ θύειν. Ante Pratinam non est traditum hoc substantivum. Praeter Pratinam veterum scriptorum Aesch. et Eurip. adhibuerunt. Nonnullos locos afferam: Aesch. Suppl. 669 *καὶ γεγαροῖσι πρεσβυτοδόκοι [γεμόντων] θυμέλαι φλεγόντων;* Eur. Suppl. 63 sq. *ἔμολεν δεξιπύρους θεῶν θυμέλας;* [Eur.] Rhes. 235 *καὶ κάμψειε πάλιν θυμέλας οἴκων πατρός.* Apud hos poetas *θυμέλα* aram significat. Cf. Etym. M. s. v. *θυμέλη: Ἡ τοῦ θεάτρου μέχρι νῦν ἀπὸ τῆς τραπέζης ὠνόμασται, παρὰ τὸ ἐπ' αὐτῆς τὰ θύη μερίζεσθαι, τουτέστι τὰ θυόμενα ἱερεῖα. Τράπεζα δὲ ἦν, ἐφ' ἧς ἑστῶτες ἐν τοῖς ἀγροῖς ᾖδον, μήπω τάξιν λαβούσης τραγῳδίας.* Apud Pratinam nominatur *θυμέλα* locus, ubi saltatur (pars pro toto). [1]) [2])

λαβράκτης (Prat. IV, 3.)

Alibi haec vox non exstat. Cf. vocabula homerica *λάβρος* Od. *ο* 293 et aliis locis; *λαβρεύομαι* Il. *Ψ* 474; 478; *λαβραγόρης* Il. *Ψ* 479, quod nomen idem fere significat ac *λαβράκτης.*

ὄρτυξ (Prat. apud Nauck p. 726.)

Iam epicorum poetarum temporibus haec vox usurpata videtur esse, quamquam non est servata, nam Od. *ο* 403; *ε* 123 est scriptum *Ὀρτυγίη* (germanice Wachtelland). Herod. II, 77 habet: *ὀρνίθων δὲ τούς τε ὄρτυγας;* Aristoph. Av. 707 *ὁ μὲν ὄρτυγα δούς, ὁ δὲ πορφυρίων', ὁ δὲ χῆν', ὁ δὲ Περσικὸν ὄρνιν.* In sermone lyrico non repperi hoc nomen. (cf. h. comm. p. 6 sq.)

στρατηλάτας (Prat. I, 9.)

Neque in sermone epico neque apud lyricos poetas hoc nomen legitur. Aesch. semel scripsit hanc vocem Eum. 637

---

[1]) cf. Bethe, Prolegomena zur Gesch. des Theaters, Lps. 1896, p. 272. Liceat clarissimum Phryn. p. 163 edit. Lobeck Lpz. 1820 locum afferre: *θυμέλην: τοῦτο οἱ μὲν ἀρχαῖοι ἀντὶ τοῦ θυσίαν ἐτίθουν· οἱ δὲ νῦν ἐπὶ τοῦ τόπου ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐν ᾧ αὐληταὶ καὶ κιθαρῳδοὶ καὶ ἄλλοι τινὲς ἀγωνίζονται. σὺ μέντοι, ἔνθα μὲν κωμῳδοὶ καὶ τραγῳδοὶ ἀγωνίζονται, λογεῖον ἐρεῖς· ἔνθα δὲ οἱ αὐληταὶ καὶ οἱ χοροί, ὀρχήστραν· μὴ λέγε δὲ θυμέλην.*

[2]) Hesych. haec habet: *σεμέλη· τράπεζα. παρὰ δὲ Φρυνίχῳ ἑορτή.* (Nauck, frg. 23.) Schrevel coni. pro *σεμέλη* „*θυμέλη*", quod Nauck recepit. Quia *θυμέλη* invenitur in illo Pratinae carmine, Wecklein (Münch. Sitz. Ber. 1890, I, p. 50 sq.) mutavit *παρὰ δὲ Φρυνίχῳ* in *παρὰ δὲ Πρατίνᾳ.* Equidem Wecklein hac in re sequi non possum.

τοῖ στρατηλάτου νεῶν; Soph. quinquies: O. C. 1429; Ai. 1223; Ph. 793; 873; Ai. 58. Forma Dorica *στρατηλάτας* hoc tantum loco exstat. Videamus, qui fuerit usus euisdem stirpis vocabulorum aliorum apud scriptores carminum homericorum, Pindarum, Aeschylum, Sophoclem:

Carmina homerica:

στρατίη Il. *B* 606.
στρατός Il. *Ξ* 371.
Στρατιός Od. *γ* 413.
στρατόομαι Il. *Δ* 378

Hesiodus: *στρατός* Erg. 246. Novum vocabulum: *στρατονίκη* frg. LXX (129).

Pindari nova nomina: *στράταρχος* Pyth. VI, 31; *στρατεύομαι* Pyth. I, 51. *στρατιά* Nem. XI, 35.

Aeschyli novae voces:

στράτευμα Sept. 222;
στρατηγέω Eum. 25;
στρατιῶτις Ag. 47;
στρατόπεδον Sept. 79.
στρατεία Ag. 603;
στρατηγός Sept. 816;
στρατηλατέω Pers. 717;
στρατόμαντις Ag. 122.

Priorum scriptorum vocabula:

στράταρχος frg. 181;
στρατεύομαι Pers. 790;
στρατιά Pers. 9;
στρατός Sept. 36.
στρατηλάτας Eum. 637;
στρατόομαι Ag. 133.

Sophoclis nova vocabula:

στρατήγιον Ai. 721;
στράτηγις Ai. 1009.

Memoratu est dignum, quod apud Pratinam tantum quantum vidi vox *στρατηλάτας* improprie est usurpata.

ὑπηρέτας (Prat. I, 7.)

Ante Pratinam haec vox non est tradita. Aesch. bis habet hoc vocabulum Prom. 983: *σὲ γὰρ προσηύδων οὐκ ἂν ὄνθ᾽ ὑπηρέτην;* Prom. 953.4 *σεμνόστομός γε καὶ φρονήματος πλέως ὁ μῦθός ἐστιν, ὡς θεῶν ὑπηρέτου.* Apud Soph. bis legimus. Omnibus his locis de hominibus dicitur, qui deo vel hominibus serviunt. Apud Pratinam *ὑπηρέτας* nominatur *ὁ αὐλός;* ergo improprie est usurpatum; quod ea de causa est factum, quod in vs. 6 cantus appellatus est *βασίλεια.* Huius modi alterum exemplum

non inveni. Euripides, historici scriptores Attici saepe hanc vocem habent, Herodotus semel, Plato saepe.[1])

φρυναῖος (Prat. I, 10.)

Haec vox non exstat sermonis lyrici aliis locis neque in sermone epico neque tragico. De similibus vocabulis cf. supra p. 35.

χορεύματα (Prat. I, 1.)

Neque in carminibus homericis neque in Hesiodi scriptis haec vox occurrit. Ibi saltatio aeque ac locus, ubi saltatur, *χορός* dicitur. Il. *Γ* 393 sq *ἀλλὰ χορὸν δὲ ἔρχεσθ᾽, ἠὲ χοροῖο νέον λήγοντα καθίζειν;* Od. *μ*. 318. *ἔνθα δ᾽ἔσαν νυμφέων καλοὶ χοροὶ ἠδὲ θόωκοι.* Simili ratione hoc vocabulum a ceteris scriptoribus epicis est adhibitum (cf. Thes. L. Gr. vol. VIII. p. 1596—1600). *χόρευμα* (i. e. saltatio) post Pratinam primum in Euripidis fabulis est traditum. Phoen. 655 *Βάκχιον χόρευμα παρθένοισι Θηβαίαισι καὶ γυναιξὶν εὐίοις;* Bacch. 132 sq. *ἐς δὲ χορεύματα συνῆψαν τριετηρίδων;* El. 874 sq. *τὸ δ᾽ἁμέτερον χωρήσεται Μούσαισι χόρευμα φίλον.* Apud ceteros tragicos poetas hanc vocem non reperies; etiam post tragicos rarissime est adhibita. Apud poetas iambicos et elegiacos *χορός* tantum exstat: Theogn. 779 *τερπόμενοι κιθάρῃ (τ᾽ἠδ᾽) ἐρατῇ θαλίῃ παιάνων τε χοροῖς ἰαχῇσί τε σὸν περὶ βωμόν;* Sim. Theb. 1, 1; Critias 7, 8 alios; Timoth. Pers. (Wilam.) *ὑψικρότοις χορείαις;* Bacchyl. (Blass) 16, 107 *χορός* (saepius).

2. Adiectiva.

ἄσκαφος (Prat. III, 1.)

Praeter Pratinam apud Strabonem et Pollucem tantum est servata haec vox. Strabo 11, p. 502 *Ἄσκαφοι ἄμπελοι μένουσαι διὰ τέλους;* Pollux I, 246 *ἐπὶ χωρίου ἠμελημένου* ponit *ἄσπορον, ἄσκαφον.*

Διονυσιάς (Prat. I, 2.)

Ante Pratinam hoc nomen exstare non videtur. Videamus, quo modo haec similesque voces sint usurpatae. In carm.

---

[1]) Iam in epicis carminibus nomina inveniuntur, quae in *-της* exeunt. Fuse de hac re scripsit Ernst Fraenkel, Geschichte der griech. Nomina agentis auf — *τηρ* — *τωρ* — *της*, Strassburg 1910, p. 18—64. — De vocabulis in *-της* cadentibus cf. P. Menge, De poetarum scaenicorum Graecorum sermone observationes selectae, Gött. 1905, p. 78 sqq.

homer. et hymn. *Διόνυσος* tantum legitur. Il. Ξ 135; Il. Ξ 325 *Διώνυσος* v. d. scripserunt re metrica coacti.[1]) Hes. nulla huius generis vocabula habet, Pind. saepe et *Διόνυσος* et *Διώνυσος* scripsit. Apud Aesch. *Διόνυσος* exstat: frg. 392 et tit. inc. *Διονύσου τροφαί.* In Sophoclis trag. bis *Διόνυσος* invenitur O. C. 677; Ant. 957, praeterea titulus *Διονυσιακὸς σατυρικός* (Nauck, Frg. tr. Soph. frg. 174). *Διονυσιάς, άδος* post Pratinam apud Euripidem exstat: Herc. 894. *ἰὼ δόμοι, πρὸς αἵματ᾽, οὐχὶ τᾶς Διονυσιάδος βοτρύων ἐπὶ χεύμασι λοιβᾶς.* Anth. Pal. XIII, 28 (Bacchyl. aut Simon.) 1 sqq. *Πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν Ὧραι ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις αἱ Διονυσιάδες;* Plat. legg. VIII, p. 844 D *διττὰς ἡμῖν δωρεὰς ἡ θεὸς ἔχει χάριτος αὕτη, τὴν μὲν παιδιὰν Διονυσιάδα ἀθησαύριστον, τὴν δ᾽ εἰς ἀπόθεσιν γενομένην κατὰ φύσιν.* Lyricorum locos afferam: *Διόνυσος* Ion 1, 1; Sol. 24, 1 (saepius); *Διώνυσος* Archil. 74, 1; Simon. 163, 3; *Διονύσιος* Bacchyl. frg. 20, 4 (Blass).

πάροινος (Prat. I, 8.)

Raro usurpatum hoc vocabulum videtur esse. Apud Pratinam primum exstat. Postea apud Antiphanem (Athen. X, p. 445 C) est servatum: *Κόλχις ἄνθρωπος πάροινος.* Neque vox *παροίνιος* saepe est scripta.

σύντονος (Prat. IV, 1.)

In sermone epico, apud Aesch. haec vox non occurrit. Lyricorum inveni tantum locum Timothei Pers. 181 sq. (Wilam.): *σύντονος δ(ὲ) ἁρμόζετο Ἀσιὰς οἰμωγά.* Deinde Sophocles habet hoc nomen Tr. 923 *Τοσαῦτα φωνήσασα συντόνῳ χερὶ λύει τὸν αὑτῆς πέπλον;* Eur. Bacch. 126 *ἀνὰ δὲ βάκχια συντόνῳ κέρασαν ἁδυβόᾳ Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι.* Post tragicos saepius exstat hoc adiectivum.

3. Verba.

αἰολίζειν (Prat. IV, 2.)

Perraro est servata haec vox. Hesych. *αἰολίζειν· ποικίλλειν.* Anecd. Bekkeri p. 361/2 (*Συναγ. λεξ. χρησίμων*) *αἰολίζειν: τὸ ποικίλλειν. οὕτω Σοφοκλῆς.* Schol. Theocr. 1, 56 *αἰολίζω γὰρ τὸ ἀπατῶ, καὶ Ἱεροκλῆς* (*Σοφοκλῆς* Toup) „*μηδ᾽ αἰόλιζε ταῦτα.*"

---

[1]) cf. Schulze, Quaestiones epicae. Gütersloh 1892, p. 79.

Steph. Thes. L. Gr. I p. 1012 putat hoc vocabulum esse deducendum ἀπὸ τῶν Αἰολέων. Quae explicatio mihi quidem falsa videtur esse. Explicatio, quam Hesych. adhibet, est aptissima. Ποικίλλειν significat variare, variegare. Ita αἰολίζειν est derivandum a voce αἰόλος, quod significat ταχύς ut est usurpatum Il. Τ 404 ποδὰς αἰόλος; deinde „variegetus", cf. Telest. 2, 3 Δωρίδος ἀντίπαλον μούσας νόμον αἰόλον; Soph. Trach. 132. Quae significatio hoc loco aptissima est.

αὐλακίζω[1]) (Prat. III.)

Hoc nomen aliis locis scriptorum qui dicuntur classicorum non invenitur.

παταγεῖν (Prat. I, 3.)

Hoc vocabulum in carm. epicis non est. Semel hanc vocem reperies apud Anacr. 5, 4 βαρὺ δ' ἄγριοι χειμῶνες παταγεῦσιν. Post Pratinam raro exstat. Pind. Aesch. hoc verbo non usi esse videntur. Soph. semel Ai. 168 παταγοῦσιν ἅπερ πτηνῶν ἀγέλαι; Aristoph. bis: Nub. 384 παταγεῖν διὰ τὴν ὑγρότητα, Nub. 389. Ante Pratinam hae voces cum παταγεῖν cohaerentia sunt adhibitae: πάταγος[2]) ter in carminibus homericis, nunquam in hymnis neque ab Hesiodo. (Pind. semel Pyth. I, 24 σὺν πατάγῳ; Aesch. Sept. 104, 249 πάταγος). πατάσσω in carm. hom. ter, in hymnis nunquam (neque unquam in Hes., Pind.).

χορεύειν (Prat. I, 7.)

Praeter vocem χορός in carminibus hom. haec vocabula composita sunt scripta: hymn. XIX, 3 χορογήθης; Il. Ω 261 χοροιτυπίη; hymn. III, 31 χοροιτύπος; Hesiodus χορός tantum usurpavit Scut. 201, 272. Apud Pind. exstant χορευτάς, χορεύω, χοροιτύπος, χορός. χορεύειν apud Pind. significat et chorum agere (cf. frg. 116) et choro celebrare (cf. Isth. I, 7).[3]) Poetae lyrici (cf. Arion 1, 5 θῆρες χορεύουσιν κύκλῳ) tragici, comici, alii scriptores hac voce usi sunt. Etiam novae compositiones sunt fictae. Apud Pratinam huic voci significatio inest, quam aliis locis non reperies: ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω; hic χορεύειν

---

[1]) De voce αὖλαξ aliis cf. Meyer l. l. II, p. 186.

[2]) Meyer l. l. II, p. 496.

[3]) Kühner-Blaß, I. l. II, 1, p. 299. „. . . χορεύειν, ἑλίσσειν θεόν, deum choreis, saltando celebrare. Pind. Isth. 1, 8 Φοῖβον χορεύειν."

dicitur de tibia. In carminibus hom. pro saltare saltatio saltator legitur *ὀρχέομαι* (saepe); *ὀρχηθμός; ὀρχηστύς; ὀρχηστήρ; ὀρχηστής.* In tragicorum sermone vocem *ὀρχέομαι* non invenies excepto uno Aeschyli loco, ubi translate usurpata est, Ch. 167 *ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ.*

4. Adverbium.

Ἰαστί (Prat. IV, 1.)

Quod significat Ionice. Pratinae locus, ubi primum nomen est servatum, in Athen. lib. XIV p. 624 F occurrit, ubi Athen. de Graecorum harmoniis dicit. Cf. Hesych. *Ἰαστί· Ἑλληνιστί.* Plat. Lach. p. 188 D *Ἀτεχνῶς Δωριστί, ἀλλ' οὐκ Ἰαστί* (*ἡρμοσμένος τὸν αὑτοῦ βίον*). Perraro scripta est haec vox. Plat. Rep. 3, p. 398 E: *Ἰαστὶ . . . . καὶ Λυδιστὶ, αἵτινες* (*ἁρμονίαι*) *χαλαραὶ καλοῦνται.*

II. Adiungam nonnulla de ceterorum (supra nominatorum poetarum) vocabulorum usu, quae nondum exstant in sermone epico.[1])

1. Aristias.

ἁρπεδόνη (frg. II Nauck.)

Neque in carminibus hom. neque apud lyricos haec vox occurrit, quae significat funem, laqueum, neque voces cum *ἁρπεδόνη* cohaerentes ibi exstant. Herod. 3,47 *ἁρπεδόνας νήματα.* A tragicis poetis hoc nomen est alienum.

ἐπίκωμος (fragm. III, 1.)

Hoc vocabulo significatur is, qui ad comissationes saepe venit. A scriptoribus qui vocantur classicis hoc adiectivum adhibitum non est; perraro omnino exstat, ex. gr. Plut. Moral.

---

[1]) Locos similes aliorum scriptorum in annotationibus conscribam.
Αἰγαίου Ποσειδῶ παῖς (Aristias frg. I) cf. c.
τρέμε δ' οὔρεα μάκρα καὶ ὕλη
ποσσὶν ὑπ' ἀθανάτοισι Ποσειδάωνος ἰόντος.
τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰών, τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο τέκμωρ,
Αἰγάς (cf. schol. ad hunc locum) Il. XIII, 19 sqq.
ὣς ἄρα φωνήσας ἵμασεν (Poseidon) *καλλίτριχας ἵππους,*
ἵκετο δ' εἰς Αἰγάς, ὅθι οἱ κλυτὰ δώματ' ἔασιν. Od. V, 380 sq.
Ἀμφὶ Ποσειδάωνα . . .
πότνιον, ὃς Ἑλικῶνα καὶ εὐρείας ἔχει Αἰγάς. hymn. XXII.

p. 128 D; 148 B; 784 D. Mirum est, quod ἐπικώμιος apud Pindarum tantum est traditum Nem. VIII, 50; Nem. VI, 37; Pyth. X, 6.

παλαίστρα (frg. V.)

Primum post Aristiam apud Euripidem est haec vox El. 528. In carminibus hom. παλαιστής tantum est adhibitum. Od. θ. 246 οὐ πυγμάχοι οὐδὲ παλαισταί. Aristophanes sexies habet παλαίστρα. Lyricorum inveni τάν τε Κερκυόνος παλαίστραν ἔσχεν Bacchyl. (Blass) XVII, 26; παλαισμοσύνης Tyrt. 10,2; παλαισμοσύνην Xen. 2, 16.

πευκαλέομαι (frg. VII.)

Alibi haec vox non legitur. Hesych. πευκαλεῖται· ξηραίνεται. ἢ ἀντὶ τοῦ ζητεῖται. Ἀριστέας (Ἀριστίας restituit Wagner).

μαζαγρέτας (frg. III.)

Scriptorum classicorum alius non usurpavit hoc nomen. Eustath. p. 1752, 64 sq. ὅθεν καὶ μαζαγρέτης ὁ καὶ ἄκολος (i. e. τροφή). Hac verbi explicatione Casaubonus repudiata dixit (v. Thes. L. Gr. s. v. μαζαγρέτης) haec: „Mazagretae appellatio duplicem habet vilitatis significationem: nam et mazam edere, non panem, paupertatis specimen est: cogi vero mazam ἀγρεύειν (hoc omittendum erat) sive ἀγείρειν, furto aut mendicatione, nam utroque modo exponi potest, miserrimum est." Hanc explicationem verum continere puto. Compositiones, quarum pars prior est μαζα-, in sermone epico et lyrico non esse videntur. μᾶζα Archil. 2, 1; Hipponax 15, 1.

σύνδειπνος (frg. III.)

Ante Aristiam non legitur hoc nomen; tragicorum poetarum Euripides tantum habet Ion 1172; Xen. Cyr. 2, 2, 28 saepius. Neque vocabula τὸ σύνδειπνον, συνδειπνέω ab epicis lyricisque poetis adhibita esse videntur.

2. Cydias.

εὐλαβέομαι (frg. I, 1.)

Lyricorum alios locos non inveni, ubi hoc vocabulum occurrit. Aesch. frg. 195 εὐλαβοῦ βρόμον καταιγίζοντα, μή σ᾽ ἀναρπάσῃ; Soph. Tr. 1129 εὐλαβοῦ δὲ μὴ φανῇς κακὸς γεγώς et multis aliis locis. Neque εὐλαβής, εὐλάβεια sunt in epico sermone. Cf. vocabula lyricorum Theogn. 118 οὐδ᾽ εὐλαβίης

σθ᾽(ἕτερον) πλέονες; Agathon 2 ὃς αὐξάνεται πλεῖστον ἀπ᾽ εὐλαβίης. Aristoph. adhibuit εὐλάβεια. Av. 375; verbum εὐλαβεῖσθαι Lys. 1217; Lys. 1279; Vesp. 1007; Equit. 253; Ach. 954.

κατέναντα (frg. I, 1.)

Hoc adverbium idem significat ac κατεναντίον nomen, quod uno iam loco carminum hom. invenitur Il. Φ 567 εἰ δέ κεν οἱ προπάροιθε πόλιος κατεναντίον ἔλθω. Raro illa vox exstat. Locos conscribo: Manetho 3, 132, 152, 186 (saepius); Quint. Smyrn. I, 552 (saepius). Vox simplex ἔναντα iam in sermone epico est adhibita Il. Υ 67 ἔναντα Ποσειδάωνος ἄνακτος ἵστατο.

3. Diagoras.

αὐτοδαής (frg. I, 3.)

Duobus tantum locis haec vox est tradita. Praeter Diagoram scripsit Soph. Ai. 669 sq. ὅπως μοι Νύσια Κνώσι᾽ ὀρχήματ᾽ αὐτοδαῆ ξυνὼν ἰάψῃς (schol. ἃ ἐκ φύσεως ἔχεις). Iam in dictione epica voces syllabis αὐτο- formatae reperiuntur: αὐτοδίδακτος Od. χ 347; αὐτόετες Od. γ 322; αὐτοπρεπής h. Merc. 86 aliae complures. Nonnullas lyricorum voces adiungam αὐτοσχεδίην Tyrt. 9, 12; αὐτοχεδόν Tyrt. 9, 29; αὐτομήτορα Sem. 7, 12; αὐτομάτη Theogn. 862; αὐτοφυές Ion 1, 10.[1])

4. Melanippides.[2])

ἀποστυγέω (frg. IV, 1.)

Post Melanippidem haec vox exstat apud Herod. VI, 129; Soph. O. C. 691 aliisque aliorum locis. Vox simplex στυγέω iam

---

[1]) κατὰ δαίμονα καὶ τύχαν τὰ πάντα βροτοῖσιν ἐκτελεῖται (frg. II) cf. c.

. . . . . . αἵτε βροτοῖσι
γεινομένοισι διδοῦσιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε,
αἵτ᾽ ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραβασίας ἐφέπουσαι
οὐδέποτε λήγουσι θεαὶ δεινοῖο χόλοιο,
πρίν γ᾽ἀπὸ τῷ δώωσι κακὴν ὄπιν, ὅστις ἁμάρτῃ. Hes. Theog. 218 sqq.
τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν, πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι. Theogn. 223.

[2]) *κλῦθι μοί, ὦ πάτερ* (frg. VI, 1).	*κλῦθι ἄναξ.* Od. ε 445; Il. Π 514.
	κλῦθι Ποσείδαον. Od. γ 55.
	κλῦθι, βροτῶν ἐπίκουρε hymn. VIII, 9.
	κλῦθι ἰδὼν ἀΐων τε. Hes. Erg. 9.
θαῦμα βροτῶν, τὰς ἀειζώους ψυχᾶς μεδέων.	πρὼ τέκε θαῦμα βροτοῖσι Il. Λ 287.
	ὦ Ζεῦ πάτερ, νωτοῖσιν Ἀταβυρίου *μεδέων.* Pind. Ol. VII, 88.

In sermone epico est. Il. Θ 370 *νῦν ἐμὲ μὲν στυγέει* aliisque locis.

γυμνάζομαι (frg. I, 3.)

In dictione epica inveniuntur *γυμνός* Il. X 510 (saepius); *γυμνόω* Od. ζ 222 (saepius); haec quoque vocabula apud Hesiodum occurrunt *γυμνός* Erg. 391 (saepius); *γυμνόω* Scut. 334 (saepius). *γυμνάζομαι* primum exstat Theogn. 1335 *ὄλβιος ὅστις ἐρῶν γυμνάζεται;* Aesch. Prom. 586; Ag. 540 et saepius. Lyricorum voces: *ὦ γυμνῆτες* Tyrt. 9, 35; *γυμνόω* Plat. 12, 2; Tyrt. 8, 27; *γυμνός* Soph. 3, 2; Plat. 26, 2; 27, 4. *γυμνάσιον* Dion. Ch. 3, 2; *γυμνοπαγεῖς* Timoth. Pers. 110 (Wil.).

δεσπότας. (frg. V, 1.)

Hoc vocabulum non est in carminibus epicis; saepe apud Pindarum: Nem. I, 13 *Ὀλύμπου δεσπότας;* apud Aesch. alios scriptores (Herod. VII, 104 saepius). Archil. 3, 5 *δεσπόται Εὐβοίης δουρικλυτοί;* Tyrt. 7, 1 *δεσπότας οἰμώζοντες;* Sol. 32, 14 *ἤθη δεσποτῶν τρομευμένους; δεσποτέω βεβροῦ* Hippon. 60, 1; Timoth. Pers. (Wil.) 127; 164; *δεσπόσυνα* 186; *δεσποίνῃ* Hipp. 82, 5; Crat. 2, 1; *δεσποσύνοισι* Tyrt. 6, 2; *δέσποινα* Bacch. X, 117 (Blass).

κασία (frg. I, 5.)

Haec vox significat corticem arboris cuiusdam aromaticam, quae nascitur in Arabia. Praeter Melanippidem legitur hoc nomen Herod. 2, 86; 3, 110; postea raro usurpatur; Hippocr. p. 672, 39 *κασίης καρπός.*

λίβανος (frg. I, 5.)

Praeter Melanippidem ex lyricis Pind. tantum hoc nomine usus est; frg. 122 (87), 3 *αἵτε τᾶς χλωρᾶς λιβάνου ξανθὰ δάκρη θυμιᾶτε;* frg. 129 (95), 3. Aesch. non usurpavit hanc vocem. Phrynich. ed. Lobeck p. 187: „*Λίβανον λέγε τὸν δένδρον, τὸ δὲ θυμιώμενον λιβανωτόν· εἰ καὶ διὰ τὴν ποιητικὴν λίβανον καὶ τοῦτο Σοφοκλῆς λέγει· Ἄμεινον δὲ Μένανδρος ἐν τῇ Σαμίᾳ φησί: φέρε τὴν λιβανωτόν· σὺ δ' ἐπίθες τὸ πῦρ Τρύφη.*" Compositiones vel aliae huius nominis formationes apud lyricos et epicos non exstant.

μορφάεις (frg. I, 1.)

Haec vox est tradita: Pind. Isth. VI (VII) 22 *σθένει τ' ἔκπαγλος ἰδεῖν τε μορφάεις;* Anth. app. 111, 12 *Τούνεκα δὴ καὶ*

παῖδες ἀγακλειτὸν γενετῆρα μορφήεντα λίθον θῆκαν ἀμειβόμενοι. Vox μορφή iam in sermone epico legitur Od. ϑ 170; λ 367; item in lyricorum fragmentis: Theogn. 1259; Solon. 12, 40; Plat. 19, 2; Arist. 5, 3, 13; μορφώσας Plat. 5, 3.

ὄργανον (frg. II, 2.)

Neque in epicorum versibus neque apud Pindarum exstat neque aliorum lyricorum locum inveni; apud Aesch. uno loco frg. 55 ὄρει' ὄργαν' ἔχοντας, apud Soph. saepius exstat.

παράπληκτος (frg. IV, 4.)

Hic significat hoc nomen „vesanus“. Haec significatio huic voci inest Soph. Ai. 230 παραπλήκτῳ χερὶ, συγκατακτὰς . . . . βοτὰ καὶ βοτῆρας, item Deuteron. 28, 34. Perraro est scripta haec vox: Galen. t. 7, p. 208; Hippocr. p. 287, 40. Similium vocum exstant in sermone epico παραπλήξ (ex obliquo ictus) Od. ε. 418; 440. (Hesiodus non habet hanc vocem; inveni apud Bacchyl. (Blass) X, 45.)

ὑποσπείρω (frg. VII.)

Ut hic, ita aliis locis haec vox improprie est adhibita. Anth. Plan. 33 πᾶσαν ὑποσπείρεις οὔασι μειλιχίην. Non saepe est usitatum hoc verbum, quod in sermone epico, lyrico, tragico, comico non reperies. Vox simplex σπείρω iam apud Hes. Op. 393 (saepius) exstat.

5. Praxilla.[1])

ἐμβλέπω (frg. V, 1.)

Haec vox, quam in carm. epicis, apud lyricos, Aeschylum non invenies, coniuncta est cum τινί, εἴς τι, εἴς τινα, cum Acc. Hoc Praxillae tantum loco sequitur διὰ θυρίδων. Soph. El. 995

---

[1]) ἀλλὰ τεὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον (frg. I) cf. c. ἐμοὶ κραδίη καὶ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἰάνθη. Od. δ 549. ὥρινάς μοι θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν. Od. ϑ 178.
τοῦ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον. Il. Α 587; cf. Od. η 258; ι 33; ψ 337.
τῇ ἔπειθεν θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν. hymn. Ap. 113; cf. Hes. Sc. 450.
κάλλιστον μὲν ἐγὼ λείπω φάος ἠελίοιο (frg. II, 1).
Compositio φάος ἠελίοιο saepe in carminibus hom. invenitur; cf. Od. δ 833; ν 33.
ἠδὲ καὶ ὡραίους σικύους καὶ μῆλα καὶ ὄγχνας (frg. II, 3)

ποῖ ἐμβλέψασα τοιοῦτον θράσος αὐτὴ ὁπλίζει. Neque simplex verbum βλέπω in dictione epica adhibitum est.

θυρίς (frg. V, 1.)

Hoc deminutivum vocabuli θύρα post Praxillam adhibitum est ab Aristoph. Thesm. 797; Vesp. 379 ἀλλ' ἐξάψας διὰ τῆς θυρίδος τὸ καλῴδιον. Cf. id quod dicit Plut. Moral. p. 273 B διὰ τί πύλην μίαν θυρίδα καλοῦσιν, τὴν γὰρ φαινέστραν τοῦτο σημαίνειν.

σεληναίη (frg. II, 2)

Idem hoc nomen significat ac σελήνη. Scripserunt hoc vocabulum Emped. B, 84, 2 (Diels, Vorsokratiker); Aristoph. Nub. 614; lyricorum Aesop. 4 σεληναίης κύκλα καὶ ἠελίου. Raro invenitur. Cf. Lobeck, Paralipomena p. 311 sq., qui dicit: σεληναία vero in sermonis quotidiani commerciis increbuisse videtur. Vox σελήνη iam apud epicos occurrit. Il. Θ 555 ἄστρα φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην (saepius).

σίκυος (frg. II, 3.)

Praeter Praxillam hanc vocem habet Aristoph. Ach. 520: κεἴ που σίκυον ἴδοιεν ἢ λαγῴδιον . . . . Post Aristophanem saepius est usurpata. Voces similes σικύα, σικύδιον, σίκυς, quae idem fere significant quod σίκυος, neque in epico neque in lyrico sermone sunt.

σκορπίος (frg. IV.)

Proverbium ὑπό παντὶ λίθῳ σκορπίον φυλάσσεο hoc loco primum occurrit, postea saepius hanc sententiam legimus. (cf. p. 86 ann. 1.)

ὡραῖος (frg. II, 3.)

Nondum est usurpata haec vox in carminibus hom. (ubi ὥριος legitur), sed Hes. iam 7ies adhibuit. Memoratu est dig-

---

cf. c. ἔνθα δὲ δένδρεα μακρὰ πεφύκασι τηλεθόωντα, ὄγχναι καὶ ῥοιαὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι Od. η 114. ὄγχνας μοι δῶκας τρεισκαίδεκα καὶ δέκα μηλέας, συκέας τεσσαράκοντ' Od. ω 340. ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ . . . . ., σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ. Od. η 121.

Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίον, ὦ 'ταῖρε, φυλάσσεο (frg. IV.)
cf. c. ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος, ὦ ἑταῖρε, ὑποδύεται. Athen. 15. p. 695 D. ἐν παντὶ γάρ τοι σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ. Soph. frg. 34 (Nauck). cf. Aelian de nat. anim. 15, 26. Zenob. 6, 20.

num, quod in Op. tantum hoc verbum exstat: 32, 307, 617, 631, 642, 665, 695. Lyricorum loci sunt hi: Theogn. 1199 *ἀρότου ὡραίου*; 1275 *Ὡραῖος καὶ Ἔρως ἐπιτέλλεται*; 1289 *παρθένου Ἰασίην, ὡραίην περ ἐοῦσαν.* Pind. semel adhibuit Ol. IX, 94: *διήρχετο κύκλον ὅσσᾳ βοᾷ ὡραῖος ἐὼν καὶ καλὸς κάλλιστά τε ῥέξαις*; postea persaepe legimus.

6. Telestes.[1])

ἀμφιπλέκω (frg. II, 4.)

Praeter Telestem hoc nomen occurrit apud Eur. frg. 369 *κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις*; Aristoph. non habet, omnino servatum est raro. Anth. Pal. V, 281, 2 *Στέμμασιν αὐλείας ἀμφιπλέκοντι θύρας.* Simplex nomen *πλέκω* in carminibus epicis invenitur. Il. Ξ 176 *χερσὶν πλοκάμους ἔπλεξε*; Od. κ 168; apud Hesiodum Sc. 63 *πλεκτός*, quae vox iam apud homer. poetas exstat. Od. χ 175; 192 *σειρὴν δὲ πλεκτήν.*

ἀντίπαλος (frg. II, 3.)

J. e. „adversarius". Non est servata haec vox apud poetas epicos. Lyricorum locos afferam Pind. Ol. VIII, 70; Isth. 61; Nem. XI, 26; Critias 7, 4; Aesch. 4, 1 *δάϊος ἀντιπάλοις.* In Aeschyli tragoediis ter, apud Aristophanem quinquies legimus.

---

1) *τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον Λύδιον ὕμνον* (frg. IV, 4 sq.)	*τόν ῥα Τέρπανδρός ποθ' ὁ Λέσβιος εὗρεν πρῶτος, ἐν δείπνοισι Λυδῶν ψαλμὸν ἀντίφθογγον ὑψηλᾶς ἀκούων πηκτίδος.* Pind. frg. 125. *ἀλλ', ὦ καλλιβόαν κρέκουσ' αὐλὸν φθέγμασιν ἠρινοῖς.* Aristoph. Av. 681 sq.
Λύδιον ὕμνον (frg. IV, 5).	*Λυδίᾳ σὺν ἁρμονίᾳ μέλος.* Pind. Nem. IV, 45. *Λυδίῳ . . . ἐν τρόπῳ μελέταις τ' ἀείδων ἔμολεν.* Olymp. XIV, 16.
ἠρέθιζε μάγαδιν ἐν πενταράβδῳ χορδᾶν ἀρθμῷ χεῖρα καμψιδίαυλον ἀναστρωφῶν τάχος (frg. III, 2 sqq.).	*ψάλλω δ' εἰκοσ(ίχορδον) (ἐν χερσὶν) μαγάδιν ἔχων, ὦ Λεύκασπι, σὺ δ' ἡβᾷς.* Anacr. 14.

ἄπαις (frg. I, 7.)

Neque in epica dictione neque aliis lyricorum locis (Pindaro incluso) exstat hoc vocabulum, quod Aesch. quater adhibuit Ag. 754; Choe. 1006; Eum. 1034; Pers. 580 *τοκέες τ᾽ ἄπαιδες*. Vox *ἀπαιδία* primum exstat apud Herod. VI, 139 *πιεζόμενοι δὲ λιμῷ καὶ ἀπαιδίῃ*.

ἀχόρευτος (frg. I, 8.)

Haec vox exstat apud Soph. Eur. Plat. legg. II, p. 654 A nonnullisque aliis locis. (cf. supra p. 80 *χορεύειν* et *χορεύματα* p. 78.)

Βρόμιος (frg. I, 11) cf. supra p. 74.

ἐπίφθονος (frg. I, 10.)

Hoc vocabulum legitur non in sermone epico neque in Pindari carminibus. Apud Aesch. quater occurrit (Ag. 135; Ag. 921; Eum. 376; Suppl. 201). Herod. IV, 205 *αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται.* Aristoph. semel hac voce usus est Equ. 1271.

κρέκω (frg. IV, 4.)

Primum haec vox quae significat „radio pulsare" occurrit apud Sapph. 88 *γλύκεια μᾶτερ, οὔτοι δύναμαι κρέκειν τὸν ἴστον.* Similiter Eur. El. 542 adhibuit: *εἰ δὲ κἄκρεκον πέπλους.* Telestes improprie adhibuit, qui usus saepius invenitur. Ex. gr. affero Aristoph. Av. 771 sq. *συμμιγῆ βοὴν ὁμοῦ πτεροῖς κρέκοντες ἴακχον Ἀπόλλω;* Av. 681 sqq.: *ἡδὺν φθόγγον ἐμοὶ φέρουσ᾽. ἀλλ, ὦ καλλιβόαν κρέκουσ᾽ αὐλὸν φθέγμασιν ἠρινοῖς.*

μάγαδις (frg. III, 2.)

In sermone epico non exstat neque apud Pind. Aesch. Aristoph. Athen. p. 634 C. sqq. longius de hoc instrumento disseruit *περὶ τῆς μαγάδιδος καλουμένης, πότερον αὐλῶν εἶδος ἢ κίθαρίς ἐστιν;* complures Athen. affert scriptores, qui hoc vocabulum usurpaverunt. Anacr. frg. 18 *ψάλλω δ᾽ εἴκοσι χορδαῖσι μάγαδιν ἔχων;* Soph. frg. 217 *πηκταὶ δὲ λύραι καὶ μαγαδίδες.* De formis *μαγάς μαγάδης μαγάδη* cf. Lobeck, Pathol. Lpz. 1843, p. 351.

πηκτίς (frg. IV, 3.)

Longius Athen. XIV, p. 635 B sqq. de hoc instrumento dicit, complures scriptores affert qui de eius origine scrip-

serunt. Vide hanc vocem apud Pind. frg. 125; Herod. I, 17; Soph. frg. 227; 361 D aliisque locis.

συνοπαδός (frg. IV, 2.)

Praeter Telestem Plato habet hoc nomen Soph. 216 B *Τὸν ξένιον θεὸν συνοπαδὸν γιγνόμενον;* Plat. Phaedr. p. 248 C *ψυχὴ θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη*, postea raro est scriptum. Similium vocum inveniuntur in dictione epica *ὀπηδέω* Il. Ω 368: *γέρων δέ τοι οὗτος ὀπηδεῖ* (saepius); *ὀπηδός* hymn. Merc. 450 *καὶ γὰρ ἐγὼ Μούσῃσιν Ὀλυμπιάδεσσιν ὀπηδός*, quam vocem non habet Hesiodus.

ψαλμός (frg. IV, 4.)

Poetae epici non usurparunt hanc vocem, quae citharae sonum significat. Apud lyricos occurrit Pind. frg. 125, item apud poetas tragicos: Phrynich. ap. Athen. p. 635 C *ψαλμοῖσιν ἀντίσπαστ᾽ ἀείδοντες μέλη;* Aesch. frg. 55 *ψαλμὸς δ᾽ ἀλαλάζει;* Eur. Rhes. 363 *ψαλμοῖσι καὶ κυλίκων οἰνοπλανήτοις ἐπιδεξίοις ἁμίλλαις;* Ion. 173; Heracl. 103. Aristoph. non scripsisse videtur.

b. Denique de nonnullis vocabulis dicam Pratinae, quae iam in sermone epico inveniuntur.

ἀοιδά (I, 6.)

Haec vox significat artem canendi, cantum, carmen. Deum quendam cantum hominibus dedisse compluribus carminum hom. locis scriptum invenimus. Il. Ν 731 *ἔδωκε θεὸς κίθαριν καὶ ἀοιδήν.* cf. Prooem. Hes. Theog. vss. 22—25, similiter Theog. 48 *ἀρχόμεναί θ᾽ ὑμνεῦσι θεαὶ λήγουσί τ᾽ ἀοιδῆς.* Apud Hes. *θεαὶ* homines cantu donaverunt. Praeter *ἀοιδή* in carminibus epicis exstant voces *ἀοιδιάω* = canto; *ἀοίδιμος* = qui cantu celebratur; *ἀοιδός* = cantor. Hes. *ἀοιδή* et *ἀοιδός* tantum adhibuit. Praeter *ἀοιδή* exstat Od. ν 119 *ᾠδή*; hymn. XIX, 16 *μέλος*. En lyricos locos: *ἀοιδή* Archil. 112 a 1; Theogn. 251 (saepius); *σάλπιγξ πολεμήϊαν ἀοιδάν* Bacchyl. (Blass) XVII, 4 saepius; *ἀοίδιμος* Arist. 5, 14; *ἀοιδός* Plat. 5, 1; Solon. 26, 1.[1])

κελαδεῖν (I, 3.)

Iam in carminibus hom. est scripta haec vox nec non invenitur *κελάδων*, quod vocabulum duobus locis Hesiodi (Theog.)

[1]) Meyer, Gr. Etym. I, p. 23 sq. s. v. *ἀείδειν*.

exstat. Verbi *κελαδεῖν* aor. tantum adhibitus est. Exemplorum afferam Il. Ψ 869 *ἀτὰρ κελάδησαν Ἀχαιοί*; Il. Θ 542 *ἐπὶ δὲ Τρῶες κελάδησαν*. Etiam apud lyricos poetas hoc vocabulum occurrit Sapph. 4, 2 *ἀμφὶ δ' ὕδωρ ⟨ὔψοθεν⟩ ψῦχρον κελάδει δι' ὕσδων μαλίνων*; Terp. 3 B; Pind. saepius; Bacchyl. XIII, 21 (Blass) *Πετραίου τέμενος κελαδῆσαι*; XV, 12 *σὸν κελάδησαν παρ' ἀγακλέαν νάον*; Timoth. Pers. 212 (Wilam.) *παιᾶνα ἐκελάδησαν*; mel. ad. 35 *πᾶν ὅ τι κ' ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔπος ἔλθῃ κελαδεῖν*. Memoratu est dignum, quod hoc verbum non legitur in Od. neque in hymn. hom. Aesch. Eur. hac voce usi sunt. Cf. nomina quae apud lyricos inveniuntur similia *εὐκελάδῳ* Plat. 24, 3; *καλλικέλαδε, φιλοχορευτὰ Βάκχε* frg. mel. ad. 67. Apud iambicos et elegiacos poetas vox *κελαδεῖν* non reperitur.[1])

μέλος (I, 5.)

In Il. et Od. non est; in hymn. hom. primum legimus hymn. Merc. 502 (loc. corr.); hymn. XIX, 16 *οὐκ ἂν τόν γε παραδράμοι ἐν μελέεσσιν ὄρνις* .... Postea persaepe hoc vocabulum scriptum est (a Pind. 18ies) et cantum hominum et fidium vocem significans. Locos enumero, ubi voci *μέλος* attributum est additum.

Pindarus: Ol. X, 3 *γλυκὺ γὰρ αὐτῷ μέλος ὀφείλω ἐπιλέλασθ'*; Pyth. V, 97 sqq. (141 sqq.) *ἔχοντα Πυθωνόθεν τὸ καλλίνικον λυτήριον δαπανᾶν μέλος χαριέν*; Ol. II, 52 (47) *ἐγκωμίων τε μελέων λυρᾶν τετυγχάνεμεν*; Nem. I, 17 *ἐγκώμιον ζεῦξαι μέλος*; Isth. V, (VI) 2 *δεύτερον κρατῆρα Μοισαίων μελέων κίρναμεν*; frg. 177 (167) *τροχὸν μέλος*; frg. 67 (40) *Δώριον μέλος* (i. e. harmonia); Pyth. XII, 19 *παρθένοις αὐλῶν τεῦχε πάμφωνον μέλος*; frg. 235 (259), 3 *τὸν μὲν .... αὐλῶν ἐνίκησ' ἐρατὸν μέλος*.

Aliorum lyricorum nonnullos locos addam:

Archil. 74 *καλὸν ἐξάρξαι μέλος*; Alcm. 1, 3 *μέλος νεοχμόν*; Simon. 29, 3 *τερπνοτάτων μελέων*; Theogn. 761 *ἱερὸν μέλος*; Bacchyl. 18, 2 *ἀμβροσίων μελέων*. Frgm. ad. 34 *ἀγλαὸν μέλος*.

Aeschylus: Pr. 555 *τὸ διαμφίδιον ... μέλος προέπτα*; Ag. 705 *τὸ νυμφότιμον μέλος*; Suppl. 809 *οὐράνια μέλη λιτανὰ θεοῖσι*; frg. 55

---

[1]) cf. Kühner-Blaß, l. l. I, 2, p. 455 sq..

δακτυλόδικτον πίμπλησι μέλος; frg. 280 . . . *γενναῖον μέλος*. Compositio *ποικιλόπτερον μέλος* apud Pratinam solum invenitur. In carminibus hom. ars canendi, cantus, carmina significantur vocabulis *ἀοιδή* (saepe); *ὑμνός* (carmen in honorem deorum compositum); *νόμος* (semel in hymn.).[1] Item memoratu est dignum, quod *ἄγειν μέλος*, quantum vidi, alibi non exstat.

Ναϊάδες (I, 4)

In Curt. Stud. IV ed. S. G. Meyer p. 156 hanc vocabulorum progressionem invenimus propositam *Ναΐς*, *Νηΐς*, *Νηϊάς*. In carminibus hom. ter *νηΐς* legitur. Il. *Ζ* 22 *νύμφη νηῒς Ἀβαρβαρέη;* Il. *Υ*. 384 *νύμφη τέκε νηΐς;* Il. *Ξ* 444 *ὃν ἄρα νύμφη τέκε νηῒς ἀμύμων*. In hymnis semel *Νηΐδες* est scriptum hymn. Dem. 256 *Νηΐδες ἄνθρωποι, ἀφράδμονες; Νηϊάδες* duobus locis carm. hom. exstat; Od. *ν* 104; 356. *νύμφαι νηϊάδες κοῦραι Διός*. Apud lyricos tantum inveni *λείβω δ' ἀργυρέων ὕδατα Ναϊάδων* Plat. 23, 2. Alibi haec et similes voces traditae esse non videntur.

ἀν' ὄρεα (I, 4)

In carminibus homer. nom. plur. formae exstant *ὄρεα* et *οὔρεα*.[2] Verborum coniunctio *ἀν' ὄρεα* non invenitur. Praepositiones sermonis epici cum *ὄρος* coniunctas afferam:

ἐν οὔρεσσιν (et *οὔρεσιν*) Il. *Α* 235 (saepius)
ἐξ ὄρεος (et *ὀρέων*) Il. *Π* 393 (saepius)
ἀφ' . . . . ὀρέων Od. *κ*. 104.
δι' οὔρεος hymn. Merc. 231; Ven. 69; Il. *Κ* 185.
κατ' ὄρεσφι Il. *Δ* 452; *Λ* 493;
κατ' οὔρεα Il. *Φ* 485; *ὄρος κάτα* hymn. Cer. 386.
κατ' οὔρεος Od. *ζ* 102.

πρὸς ὄρος hymn. Ap. Del. 17; Od. *ι* 315; semel in hymn. (Ap. Pyth. 44 sq.) est scriptum *ἀν' ὄρος: ἔνθεν δ' Εὔριπον διαβὰς, ἑκατηβόλ' Ἄπολλον, βῆς ἀν' ὄρος ζάθεον χλωρόν*. Hesiodus habet *ἐν* et *ἀπό* coniunct. cum *ὄρος*.

Lyricorum nonnullos adiungam: Archil. III, 8 *ἐκ μεγάλων ὀρέων;* Semon. 14, 1 *ἐν οὔρεσιν;* (Theogn. 1292 *ἐς κορυφὰς*

---

[1] Meyer, Gr. Etym. IV, p. 429.
[2] Schulze: Quaest. epicae, p. 407.

ὀρέων); Bacchyl. X, 55 *φεῦγον δ' ὄρος ἐς τανίφυλλον*; Simon. Pal. VI, 217, 7. sq. *οὐδ' ἔτλη Κυβέλης ἱερὸν βρόμον ὑλονόμος θὴρ μεῖναι, ἀν' ὕλῆεν δ' ὠκὺς ἔθυνεν ὄρος.*

Πιερίς (I, 6.)

Πιερίδες sunt musae, quae montem Pieriae incolunt, cf. Pausan. 9, 29, 3. In dictione epica haec verbi forma scripta non est. Ibi *Πιερίη* tantum adhibetur, quod nomen montem apud Olympum situm significat. Il. Ξ 225 sq. *Ἥρη δ' ἀίξασα λίπεν ῥίον Οὐλυμποιο Πιερίην δ' ἐπιβᾶσα καὶ Ἠμαθίην ἐρατεινήν.* cf. hymn. Ap. 216; Merc. 70; 191. Hesiodus primus *Πιερίδας* habet Sc. 205 6; *Πιερίη* apud Hes. Theog. 53; Erg. 1. Aeschyl. scripsisse non videtur *Πιερίς*; Sophocles semel frg. 145 *Λάθα Πιερίδων στυγερὰ καὶ ἀνάρατος*. Lyricorum addam: *Πιερία* Sapph. 69, 3; *υἱὸς Καλλιόπας Πιερίας ἔπι* Timoth. Pers. 236 (Wilam.); Ion 5,2; *Πιερίδες* Sol. 12,2; Crat. 1, 2; Plat. 6, 2.

IV. Vocabulorum Pratinae ceterorumque poetarum index.

Ut perfecte intellegamus, quae vocabula a Pratina ceterisque poetis in hac commentatione allatis adhibita iam in carminibus vel hymnis hom. exstent, quae apud poetas illos tantum occurrant, tabella omnes voces conscribam.

* vocabulis proposui, quae iam in carminibus vel hymnis hom. inveniuntur.

† hoc signum vocibus praescripsi, quae semel tantum in scriptis Graecis exstant.

Locis gravissimis varias lectiones adscripsi.

A. Pratinae vocabula.[1])

Α.

* *ἄγοντα μέλος* I, 4
* *ἄδε* I, 15
αἰόλιζε IV, 2
Αἰολὶς ἁρμονία IV, 3
* *ἄκουε* I, 17
* *ἀλλ'* III, 1; IV, 2
* *ἀν' ὄρεα* I, 4
* *ἄναξ* I, 17
* *ἀνειμέναν μοῦσαν* IV, 1
* *ἀοιδά* IV, 3
    ἀοιδάν I, 6
* *ἁρμονία* IV, 3
* *ἄρουραν* IV, 2
* *ἀρῶν* III
ἄσκαφον III
αὐλακισμέναν γᾶν III
* *αὐλός* I, 6

Β.

* *βασίλειαν* I, 6
Βρόμιος I, 3

Γ.

* *γᾶν αὐλακισμέναν* III
* *γάρ* I, 7

Δ.

* *δ' αὐλός* I, 6
* *δεῖ* I, 3 (bis)
* *δέμας* I, 14
* *δεξιά* I, 15
† *διαῤῥιφὰ ποδός* I, 16
Διονυσιάδα . . . θυμέλαν I, 2
* *δίωκε* IV, 1
Δώριον χορείαν I, 17

Ε.

* *ἐμὰν Δώριον χορείαν* I, 17
* *ἐμέ* I, 3 (bis)
* *ἔμμεναι* I, 9
* *ἔμολεν* I, 2
* *ἐμός* I, 3 (bis)
* *ἐπὶ . . . θυμέλαν* I, 2
* *ἐς χορόν* II
* *ἐσθ' ὑπηρέτας* I, 7
εὔτυκος II
* *ἔχοντα πνοάν* I, 11

Η.

ἦν ἰδού I, 15

[1]) Varias lectiones Pratinae supra singulis fragmentis adiunxi.

B. Melanippidis vocabubula.

Α.

* *ἁ Ἀθάνα* II, 1
  τᾶς . . . ψυχᾶς VI, 2
  τὰν αὐτάν I, 2
  τὸ πρίν IV, 2
ἀειζώου ψυχᾶς VI, 2
* *Ἀθάνα* II, 1
* *αἴδριες* IV, 2
* *αἴσχεα* II, 3
* *ἀλλ' ἐν ἁρμάτεσσι* I, 3
* *ἄλσεα* I, 4
* *ἀν' εὐήλι' ἄλσεα* I, 3
* *ἀνδρός* VII
ἀπεστύγεον ὕδωρ IV, 1
* *ἀπὸ χειρός* II, 2
* *ἀπωλλύοντο* IV, 3 [1]
* *ἁρμάτεσσι* I, 3
* *αὐτὰν γυναικείαν* I, 2 [2]
* *ἄχεα* III, 2 [3]
* *Ἀχέρων* III, 2

Β.

* *βροτῶν* VI, 2

Γ.

* *γαίας ἄχεα* III, 1
* *γάρ* VII
* *γλυκὺ . . . θέρος* VII
* *γυναικείαν* I, 2

Δ.

* *δέ* IV, 4; IV, 1; III, 1
δέσποτ', οἶνον V [4]
* *δή* IV, 3
* *δίδωμι* II, 4
† *διφρούχοις ἁρμάτεσσι* I, 3

Ε.

ἐγυμνάζοντ' ἀν' ἄλσεα I, 3
* *ἐγώ* II, 4
* *εἶδος* I, 1 [5]
* *εἰπέ* II, 3
* *ἐν ἁρμάτεσσι* I, 3
* *ἐν(ὶ) κόλποισι γαίας* III, 1 [6]
* *ἐόντες αἴδριες οἴνου* IV, 2
* *ἐπώνυμον* V, 1
* *ἔρρετ' αἴσχεα* II, 3
* *ἔρριψεν* II, 2
εὐήλι' ἄλσεα I, 3 [7]
* *εὐώδεις . . . φοίνικας* I, 5
* *ἔχον* I, 2

Θ.

* *θαῦμα βροτῶν* VI, 2
* *θέρος* VII, 1
* *θήραισιν* I, 4

---

1) cod. *A. οὖν ἀπωλαύοντο, P ἀπολαύοντο*, V. L. *οὖν ἀπελαύοντο*; Schweighäuser *οὖν ἀπώλοντο*; Hartung *νοῦν ἀπόλοντο*: Bergk *ἀπ' ὧν ὄλοντο*; Crusius *οὖν ἀπωλλύοντο.*

2) codd. *οὐδὲ τὰν αὐτάν*; Kaibel *οὐδὲ τὰν αὐδάν*; Hart. *οὐ δίαιταν τάν*. item Bergk; Crus. *οὐδὲ τάν αὐτάν.*

3) codd. V. A. E. *ἀχεοῖσι*, vulgo *ἀχαιοῖσι*. Schneidewin *ἄχεα θνατοῖσι*: Nauck *ἄχεα ῥέων*; Emperius *ἄχεα βροτοῖσι ῥέων*; Bergk *ἄχε' εἶσιν*; Hart. Crus. *ἄχεα ῥόοισιν.*

4) codd. C. D. *δέσποτ' (δέσποτα B)*; V L *ὦ δέσποτ'*. — Hart. *δὸς δέσποτ'*: Bergk. Crus. *δέσπ.'*

5) versus I omnino est corruptus, Crusii emendationem sum secutus. Kaibel restituit: *οὐ γὰρ ἀνθρώπων φόρευν μορφὰν ἐνεῖδος*; Hart: *Οὐδὲ παρθένων φορεῖν μορφὰν ἂν εἶδες*; Bergk *Οὐ γὰρ ἀνθρώπων φόρευν μορφὰν ἐνεῖδος*: Crus.: *οὐ (παρθένων) φόρευν μορφᾶ(εν) εἶδος.*

6) codd. *καλεῖται δ' ἐν*. Bergk *δ', εἵνεκα . . .*; Hart. *γὰρ, ἐν*: Crus. *δ' ἐν⟨ί⟩.*

7) codd. *ἀνευηλιάσδεα*. Meineke *ἀν' εὔδι' ἄ.* Kaibel *ἀν' εὔδι' ἄλσεα*. idem Hart; Bergk *ἂν εὖ, δι' ἄλσεα*; ingeniose Crus. *ἀν' εὐήλι' ἄλσεα.*

---

[1]) traditum est τερπόμεναι, ἱερόδακρυ. Crus. supplevit ⟨πολλάκι δ᾽⟩ ἱεροδ . . . Emper. ἢ ἱεροδ.; Bergk ἦθ᾽ ἱεροδ.

[2]) cod. *A* ἀθάνατα ὄργανα; C Ἀθάνα; Kaibel, Crus. τὤργαν᾽; Bergk, Hart. ὄργαν᾽.

[3]) codd. ἐμέ, quod habet Kaibel; Hermann ἤ με; recte Hart., Bergk, Crus. οὔ με.

[4]) codd. πόθον; cod. *E* πόθῳ, quod recepit Crus.

[5]) codd. πραπίδων; Hart. Bergk πραπιδέσσι.

[6]) codd. σώματι λῦμα; Meineke σωματόλυμα.

[7]) codd. δ᾽, quod habet Kaibel, Hermann τᾷδ᾽, quod receperunt Hart., Bergk, Crus.

C. Telestes vocabula.[1])

Α.

* α̨ . . . ἀπένειμε I, 7
* ἄγαμον παρθενίαν I, 7
* ἀγλαᾶν I, 12
* ἅδε . . . φάμα I, 9
* ἀείσεν νόμον IV, 3
* ἀερθὲν πνεῦμ᾽ I, 12
* Ἀθάναν I, 2
* αἰόλον νόμον II, 3
† αἰολοπτερύγων I, 12 [2])
* αἶσχος I, 3
* ἀλλά I, 8
* ἄλλος III, 1
  ἄλλαν III, 1
ἀμφιπλέκων II, 4
* ἄν . . . προσέδοκεν I, 11
* ἀναστροφῶν III, 4
ἀντίπαλον II, 3
ἄπαιδ᾽ ἀπένειμεν I, 7
ἀπένειμεν I, 7
* ἀρθμῷ III, 3 [3])
* ἅρμοσε πρῶτος II, 2
* αὖθις I, 4
* αὐλῶν II, 1
  αὐλοῖς IV, 1
* αὖραν II, 4
ἀχόρευτος I, 8

Β.

* βαλεῖν I, 4
* βασιλῆα II, 1
Βρομίῳ προσέδοκε I, 11
* βροτοῖς I, 10

Γ.

* γάρ I, 6

Δ.

* δαίμονος I, 12
* δέ III, 1; IV, 4
* δίαν Ἀθάναν I, 2
* δρυμοῖς ὀρείοις I, 1
† δυσόφθαλμον αἶσχος I, 3
Δωρίδος . . . μοῦσας II, 3

Ε.

* ἐκ I, 4
ἐκφοβηθεῖσαν I, 3
* Ἑλλάδα I, 9
* Ἑλλάνων IV, 1
* ἐν III, 3; IV, 1
ἐπέλπομαι I, 1
ἐπίφθονον . . . ὄνειδος I, 10
* ἔρως I, 6
* ἔτειρεν I, 6
εὐηράτοιο κάλλεος I, 6
εὔπτερον αὖραν II, 4

Η.

* ἤ II, 1
* ἠρέθιζε μάγαδιν III, 2

Ι.

* ἱείς III, 1
* ἱερῶν αὐλῶν II, 1

Κ.

* καί I, 7
* καλάμοις II, 4
* κάλλεος I, 6
καλλιπνόων αὐλῶν II, 1
† καμψιδίαυλον III, 4
† κερατόφωνον . . . μάγαδιν III, 2
* κλάγγαν III, 1
* κλέος I, 5
Κλωθώ I, 7
* κρατῆρας IV, 1
κρέκον IV, 4

---

[1]) Memoratu est dignum, quod in Telestis fragmentis nullus articulus invenitur.

[2]) codd. *AB* αἰολοπτερύγων; *P* αἰλοπτερύγων; VL ἀελλοπτερύγων: Hart. ἀελλοπτέρυγον; Bergk λιγυπτέρυγον; Kaibel, Crus. servaverunt cod. optimi lect. αἰολοπτερύγων.

[3]) codd. ἀριθμῷ; Bergk ἀρθμῷ, quod receperunt Kaibel, Crusius; Meineke ῥυθμῷ, quod habet Hart.

---

[1]) codd. αὔδονος; Huschke scripsit Λυδὸν ὅς, quod editores receperunt praeter Hart., qui habet αὐλὸν ὅς.

[2]) codd. P. V. L. ὀρφναί, quod servavit Kaibel; Hart. αἰολόμορφον; Bergk, Crus. νόμον αἰόλον ὀμφᾷ.

[3]) Wilam. τοῖς δ' ὀξύφωνοι — ψαλμοί.

[4]) codd. ὄργανον; Bergk restituit suo iure ὀργάνων, quod Crus. recepit. cf. Bergk, Poetae lyr. Gr. III, p. 627.

[5]) codd. A. B. τὴν αὐλητικὴν λεγε γαν ου (B λέγε γάνου) μεριθοτάταν: P λέλεγαν οὐ περιθοτάταν; V. L. λέγει τὰν οὖν περιθειοτάταν; Schweigh. τὰν οὖν ἐριθειοτάταν; Kayser τὰν θαμαρεστάταν; Emper. γάνους μερίδ' ἱεροτάταν: Hart. γάνωμά τι θειότατον; Schmidt, Hecker συνεριθοτάταν, item Kaib. Crus.

D. Vocabula Cydiae Lasi Diagorae Praxillae.

Α.

* *ἀγαθούς* Prax. III, 1
* *ἀδμήτου* Prax. III, 1
Αἰολίδ' ἀνὰ . . . ἁρμονίαν Las. I, 3
* *αἱρεῖσθαι* Cyd. I, 2
* *ἀλλά* Prax. I, 1
* *ἄλοχον* Las. I, 1
* *ἀνά* Las. I, 3
* *ἀναγνέων ὕμνων* Las. I, 2 [1])
* *ἀπέχου τῶν δειλῶν* Prax. III, 2
* *ἀρετά* Diag. I, 3
* *ἁρμονίαν* Las. I, 3
* *ἄστρα φαεινά* Prax. II, 2
αὐτοδαής δ' ἀρετά Diag. I, 3

Β.

βαρύβρομον ἁρμονίαν Las. I, 3 [2])
βραχὺν οἶμον Diag. I, 3
* *βροτείου ἔργον* Diag. I, 1
* *βροτοῖσιν* Diag. II, 2

Γ.

* *γνοὺς ὅτι* Prax. III, 2

Δ.

* *δαίμονα* Diag. II, 1
* *Δάματρα μέλπω* Las. I, 1
* *δέ* Cyd. I, 1; Diag. I, 3; Prax. III. 2 V, 2
* *δειλῶν δ' ἀπέχου* Prax. III, 2
* *δεύτερον* Prax. III, 2
* *διά* Prax. V, 1

Ε.

* *ἐγώ* Prax. II, 1
* *ἐκτελεῖται* Diag. II, 2
* *ἐλθών* Cyd. I, 2
ἐμβλέποισα Prax. V, 1
* *ἔνερθε* Prax. V, 2
* *ἐνὶ στήθεσσιν* Prax. I, 1
* *ἔπειθον* Prax. I, 1
* *ἔργου* Diag. I, 3
* *ἕρπει* Diag. I, 3
* *εὐλαβεῦ* Cyd. I, 1

Η.

* *ἠδέ* Prax. II, 3
* *ἠελίοιο φάος* Prax. II, 1

Θ.

* *θεός* Diag. I, 1 (bis)
* *θυμόν* Prax. I, 1
θυρίδων Prax. V, 1

Κ.

* *καί* Prax. II, 3(ter); Diag. II, 1
* *κάλλιστον . . . φάος* Prax. II, 1
* *καλόν* Prax. V, 1
* *κατὰ δαίμονα* Diag. II, 1
κατέναντα Cyd. I, 1
* *κεφαλάν* Prax. V, 2
* *Κλυμένοι' ἄλοχον* Las. I, 1
* *κόραν* Las. I, 1
* *κρεῶν μοῖραν* Cyd. I, 2

Λ.

* *λείπω* Prax. III, 1
* *λέοντος* Cyd. I, 1
* *λίθῳ* Prax. II, 1
* *λόγον* Prax. III, 1

Μ.

* *μαθών* Prax. III, 1
μελιβόαν Las. I, 2
* *μέλπω* Las. I, 1
* *μέν* Prax. II, 1
μή Cyd. I, 1
* *μῆλα* Prax. II, 3
* *μοῖραν* Cyd. I, 2

Ν.

* *νεβρός* Cyd. I, 2
* *νύμφα* Prax. V, 2
* *νωμᾷ φρέν' ὑπερτάταν* Diag. I, 2

---

[1]) P. V. *ἀναγνων*, L. *ἀναγνῶν*, quod habet Bergk; Crusius *ἀναγνεων*; Hart. *ὕμνον τ' ἀνάγων*; Kaibel *ὕμνον ἀνάγων*.

[2]) P. V. L. *Αἰολίδ' ἀμαβαρύβρομον*. Wilam., Bergk, Hiller *Αἰολῆδα βαρύβρομον*; Hart. *Αἰολίδα χἄμα βαρύβρομον*; Crus. *Αἰολίδ' ἀνὰ βαρύβρομον*.

Index.

Commentationis conspectus.

Vita.

Natus sum Iosephus Becker in Guestfaliae oppido cui nomen est Neheim pridie Id. Iul. anno proximi saeculi LXXXVII. Fidei addictus sum catholicae. Ab anno LXXXXIX prox. saec. scholam cui rector praeerat Nehemensem, ab anno MCMII gymnasium Coesfeldiae frequentavi. Inde a vere anni MCMV gymnasii Laurentiani Arnsbergensis discipulus fui. Maturitatis testimonium vere a. MCMVIII adeptus studiis philologicis et Francogallicis me dedidi, primo anno Monasterii, deinde per sex menses Vratislaviae, denique per quinque semestria iterum Monasterii. Docuerunt me viri doctissimi Monasterienses: Cauer, Ehrenberg, Erler, Geyser, Hielscher, Hoffmann, Jostes, Koch, Koepp, Kroll, Mausbach, Mettlich, Muenscher, Radermacher, de Savigny †, Schwering, Sonnenburg, Spicker, Stempell, Streitberg, Wiese; Vratislavienses: Baumgartner, Pillet, Sachs, Skutsch, Stern.

Exercitationibus interfui philologicis moderantibus Kroll, Muenscher, Radermacher, Skutsch; Francogallicis regente Mettlich. Per bis sex menses seminarii philologici sodalis fui ordinarius.

Praeceptoribus meis gratum animum semper servabo, praecipue Carolo Muenscher, quo auctore hunc libellum composui quique in eo scribendo me adiuvit consilio auxilioque necnon lectionibus, quas habuit aestate proxima de lyricis Graecis.

Examen rigorosum habitum est a. d. VIII. Kal. Mart. a. MCMXII.